



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sponsalia Et Matrimonium

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1726

Titulus XI. De Cognatione Spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75229)

Triplex tamen ab hac Regula facienda exceptio est. 1. Si mater jure belli sit capta; nam tunc etiam foetus fiet mancipium, etsi mater tempore conceptionis illius libera fuerit: quod tamen non fit vi natalium, sed quia unà cum matre captus fuit in bello justo, & sic beneficio matris captæ fuit servatus in vita. Sanch. D. 27. cit. n. 14. 2. Si pater propter ingratitudinem revocatur in servitute; nam eo casu etiam filij hoc patre nati post commissam ingratitudinem reducuntur in servitutem, etiam si ex matre libera orti fuerint l. si manusissus 2. §. filij C. de libertis, & eorum libertis: quod iterum non confurgit ex vi status materni, sed in poenam insignis

delicti paternæ ingratitudinis, ut cum Oroscio, & Padilla notat cit. Sanch. n. 13. 3. Si qui publicorum fervorum fabricis, seu alijs operibus publicis deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, dominis se alienis, & privatarum ancillarum consortijs adjunxerint; nam eo casu etiam filij illorum, licet ex matre libera nati, sunt, & fiunt servi, sequentes quoad hoc conditionem patris ob hujus delictum l. fin. C. de Serv. fugit. Sanch. n. 12.

Quare dum dicitur, quod partus sequatur ventrem, intelligendum id est, quantum ex vi natalium, & si nulla alia causa accidat, quæ jubeat à Regula ista recessum facere.

TITULUS XI.

De Cognatione Spirituali.

Inter Impedimenta Matrimonialia præcipuum est Cognatio, quæ communiter triplex dividitur, videlicet Cognatio Spiritualis, Legalis, & Naturalis, seu Carnalis.

Hoc Titulo præ cæteris duabus, tanquam de digniore, agitur de Cognatione Spirituali. Unde fit.

§. I.

De Cognatione Spirituali, orta ex Baptismo, & Confirmatione.

S U M M A R I U M.

1. Cognationis Spiritualis Definitio.
2. Est inducta Jure solum Ecclesiastico.
3. Ratio consuevendi hoc Impedimentum.
4. 5. 6. Oritur ex sola collatione, & susceptione Baptismi, & Confirmationis.
7. Dirimit Matrimonium contrahendum, non verò contractum.
8. Est perpetuum.
9. Cognatio hæc olim triplex fuit, videlicet Paternitas.
10. Compaternitas.
11. Et Fraternitas.
12. Hujus ratio.
13. Filij duorum Compatrum etiam antiquo Jure poterant simul jungi Matrimonio.
14. Excepta personâ, per quam ad Compaternitatem venit.
15. Item baptizans, vel suscipiens cum sorore baptizati.
16. Inter filios duorum Compatrum, si tales fuerint, per quorum unum ad Compaternitatem venit, Matrimonium antiquo Jure erat invalidum.
17. Imò etiam universim, si consuetudo peculiaris Ecclesiarum hoc improbasset.
18. Ratio dubitandi dissolvitur.
19. A marito ad uxorem refundebatur Cognatio spiritualis solum post Matrimonium consummatum.
20. Jure novo Tridentini Cognatio hæc restricta est.
21. Et primò quidem, sublata Fraternitate, mansit sola Paternitas, & Compaternitas, eaque directâ tantum.
22. Statutum, ut in Baptismo imposterum tantum adhiberetur unus Patrinus, vel ad summum unus, & unâ.
23. Et præter hos nullus alius Cognationem Spiritualem contrahat, etsi baptizatum tetigerit.
24. 25. 26. Corollaria.
27. Hæreticus baptizatus, vel tenens in Baptismo Cognationem Spiritualem contrahit.
28. 29. 30. 31. Non verò infidelis.
32. 33. 34. 35. Et hoc verum est, ut nequæ cum ipso Cognatio hæc contrahatur a fidele.
36. Ut fidelis suscipiens ex Baptismo eam Cognationem contrahat: requiritur intentio obeundi munus Patrini.
37. Opus est, ut baptizandum teneat, dum revera Baptismum administratur.
38. Et quidem, ut fiat verè & formaliter.
39. Non tamen necesse est, ut pro baptizando respondeat.
40. Ex Baptismo, & Confirmatione invalida non oritur hæc Cognatio.
41. Patrinus in Confirmatione debet etiam ipse esse confirmatus.
42. Non impeditur à petitione debiti Pater baptizans.
43. Vel

43. Vel suscipiens prolem uxoris, vel communem in necessitate.
 44. Aut per ignorantiam probabilem Juris, aut facti.
 45. Vel qui materialiter eam suscipit.
 46. Si scienter, & extra necessitatem baptizet.
 Affirmant complures.
 47. Horum Argumenta.
 48. Defenditur, neque hoc casu incurri priva-

QUæritur 1. Quid sit Cognatio Spiritualis? *u.* Cognatio spiritualis est propinquitas quedam personarum, quæ ex statuto, & dispositione Ecclesie oritur ex administratione seu collatione, & susceptione quorundam Sacramentorum, nempe Baptismi, & Confirmationis, & Matrimonium inter personas ita propinquas dirimit. Ita Sanch. l. 7. de Matr. D. 54. n. 1. Tanner. tom. 4. D. 8. de Matr. q. 4. dub. 4. n. 64. Laym. l. 5. tr. 16. p. 4. c. 8. pr. Palao tr. 28. D. 2. p. 9. n. 1. Vall. hic n. 3. Pirhing. n. 1. Schambog. n. 2. König n. 1. Wiestner n. 1. Magnif. P. Schmier p. 3. de Matr. c. 3. n. 227. In hac definitione voces Propinquitas quedam personarum ponuntur loco generis; sicut enim generatio carnalis inducit propinquitatem personarum inter personas consanguineas, ita generatio spiritualis, ex qua Cognatio spiritualis oritur, inducit propinquitatem inter personas, ad hunc actum generationis spiritualis concurrentes *can. ita diligere 1. caus. 30. q. 3.* Cætera particula differentiam inter Cognationem legalem, & naturalem explicant, & simul triplici Dubio occasionem faciunt.

Dub. 1. Quo Jure inductum sit Impedimentum Cognationis Spiritualis? *u.* inductum est solo Jure Ecclesiastico, non naturali, vel Divino: *naturali quidem non; quia oritur solum ex collatione, & susceptione Sacramentorum, quæ fundamentum in Jure naturali nullum habent, sed acceperunt esse solum ex institutione Christi. Divino autem; quia neque ex SS. Litteris, neque ex aliqua Ecclesie traditione, vel definitione constat, quòd à Christo auctore Sacramentorum novæ Legis ullius Sacramenti collationi, vel susceptioni ejusmodi Cognatio impediens, vel dirimens Matrimonium annexa sit. Conf. nam si Cognatio hæc inducta fuisset Jure naturali, vel Divino, Ecclesia illud restringere, aut ex parte tollere non potuisset arg. can. inferior 4. dist. 21. & c. cum inferior 16. de major, & obed.* atqui hoc facit Ecclesia; neque enim æquè ampla hæc cognatio semper in Ecclesia fuit, ut ex dicendis patebit. Restat ergo, ut ex solo Jure Ecclesiastico ortum habeat. Statuta autem est *can. si quis filiastrum 2. can. de eo 5. Sc. caus. 30. q. 1. & toto hoc Titulo.*

Ratio constituendi hoc Impedimentum justissima fuit, eaque triplex apud

- tionem Juris petendi debitum.
 49. Solvantur Argumenta opposita.
 50. Sc. Impedimentum Cognationis Spiritualis incurrit etiam Laicus Baptizatus.
 54. Sc. Vel suscipiens aliquem extraneum ex Baptismo, vel Confirmatione.
 57. Dispensat in eo solus Pontifex.
 58. In Supplicatione exprimentum est, an illud proveniat ex Paternitate, vel Comparentate.

Sanch. l. 7. D. 45. n. 3. 1. Quia in Baptismo, & Confirmatione hæc Sacramenta recipiens accipit esse quoddam Spirituale, ad quod Baptizans, vel Confirmans concurret ut Pater, Patrinus verò, aut Patrina, nomine Ecclesie Baptizatum, vel Confirmatum suscipiens. ut Mater. igitur ut Patri, & Matri à filijs debetur reverentia, & propterea impediuntur à contrahendo inter se Matrimonio, ita & Baptizanti, aut Confirmanti, & assistentibus in Baptismo, & Confirmatione Patris à Baptizato, & Confirmato. 2. Quia inde contrahitur quoddam amicitia, ac familiaritatis vinculum: & hinc oportuit inter hos cognatos interdicere Matrimonium, ut isto, cum extraneis inito, amicitia dilataretur in plures. 3. Quia esse Spirituale, quod per Baptismum, & Confirmationem accipitur, dignius est esse carnali, quod accipitur per generationem carnalem; igitur si ob hanc inter parentes, & filios dirimitur Matrimonium, debebat hoc etiam dirimi inter Baptizantem, & Baptizatum, Confirmantem, & Confirmatum, horumque Patrinos. Hinc male dixit Conradus Lagus in *Methoa. Jur. tit. de Nupt.* quòd prohibitio Matrimonij in Cognatione spirituali sine causa sit facta, eaque valeat autoritate Ecclesie, quantum potest.

Dub. 2. Ex quibus Sacramentis oritur Cognatio spiritualis? *Rationem dubitandi faciunt textus can. omnes 2. Sc. caus. 30. q. 1.* in quibus Symmachus, & Celestinus Summi Pont. dicunt, penitentes non minus fieri filios, & filias Spirituales eorum, à quibus absolvuntur, ac baptizati sunt filij, aut filia illorum, à quibus baptizantur, aut suscipiuntur in Baptismo. *Conf. ex can. si quis Sacerdos 9. q. 1. cit. ubi peccatum, cum filia Confessionis commissam, dicitur adulterium, & incestus, simulque gravissimæ poenæ in istius complicem decernuntur.*

Sed dicendum, quòd Impedimentum istud oritur ex sola collatione, & susceptione Baptismi, & Confirmationis, non verò aliorum Sacramentorum. Ita deciditur *c. fin. in fin. tit. in 6.* Rationem dat S. Thom. 3. p. in addit. q. 56. art. 2. quia licet etiam reliqua Sacramenta conferant suscipienti gratiam sanctificantem, quæ animæ esse Spirituale tribuitur, illam tamen solum conferunt

per modum alimentationis, sanationis, five reconciliationis, solus autem Baptismus, & Confirmatio per modum generationis; nam S. Doctor duplicem generationem, five natiuitatem hominis considerat: unam *uero*, quæ in foetus conceptione, & animatione consistit; alteram *ex utero*, quæ consistit in ejusdem in lucem editione. *Priori* respondet Baptismus, quo vita Spiritualis inchoatur; *posteriori* Confirmatio, quæ homo, per Baptismum vivificatus, in lucem, five in conspectum, & aciem editur. Et hinc, ut à naturâ inductum est Impedimentum dirimens inter parentes, & filios in reverentiam Cognationis carnalis, ita Ecclesia simile Impedimentum induxit inter Baptizantem, & Baptizatum, Confirmantem, & Confirmatum, horumque Paternos, tanquam Spirituales eorum Parentes, in reverentiam Cognationis Spiritualis.

Ad Rationem dubitandi Cognatio illa, quæ ex Sacramento Pœnitentiæ oritur, & propter quam Sacerdotes Patres, & Pœnitentes filij, aut filiæ illorum Spirituales dicuntur, ut notat Clericat. *decis. 23. n. 1.* cum alijs, solum est Cognatio Metaphorica, & improprie dicta, cum, ut paulò antea mœnu, Sacramentum istud Gratiâ quidem conferat, non tamen per modum generationis, sed reconciliationis tantum: quæ ratio est, cur illi vim dirimendi, vel impediendi Matrimonium Ecclesia non tribuerit. *Ad Conf.* tale peccatum non est adulterium, vel incestus, sed tale appellatur propter irreverentiam, quæ per illud infertur Sacramento Pœnitentiæ, etiam, quando hoc tanquam medium ad illud non adhibetur; neque enim minus indecens est peccare cum filia Confessionis, ac cum alia verè cognata: & hinc S. Thom. in 4. *dist. 42. q. 1. art. 2.* Turrecr. in *Summ. 30. q. 1. art. 2. n. 4.* Sanch. l. 7. D. 55. n. 4. Conink D. 32. n. 23. & alij docent, circumstantiam hanc in Confessione necessariò aperiendam.

Dub. 3. Quam vim dirimendi Matrimonium habeat Cognatio Spiritualis? *re.* distinguendo: Vel enim supervenit Matrimonio jam contracto, vel hujus contractum antecedit. *si primum*, ut quia alter conjux fuit Paternus alterius in Confirmatione, aut levavit de Sacro Fonte filium alterius, vel communem utriusque, certum est: Matrimonium præcedens dissolvi non posse; sed ad summum is, qui in culpa fuit, privatur jure exigendi debitum conjugale: quod examinabitur *infra n. 42. & seqq.* *si secundum*, Cognatio hæc dissolvit Sponsalia de futuro, & reddit incapaces ita conjunctos ad Matrimonium contrahendum, sicut affinitas, & cognatio naturalis. Host. in c. *veniens 6. de cognat. spirit.* Joan. Andr. *ibid. fin.* Anchar. n. 2. Alex. de Nevo in c. 2. eod. n. 5. Rosell. V. *Impedimen-*
R. P. Schmalzgrueber L. IV.

tum Imped. 6. n. 16. Sanch. l. 7. de Matr. D. 54. n. 5.

Estque Impedimentum istius Cognationis perpetuum, ac proinde non extinguitur morte personæ, quæ mediante contracta est, prout in Affinitate, & reliquis Impedimentis contingit; Jura enim absolute hoc Impedimentum statuunt, nec invenitur textus id limitans ad casum superstitis ejus personæ. *Conf.* nam in linea transversali Impedimentum Cognationis Legalis temporale est, quia Jura id statuentia sic explicant, ergo cum in Cognatione Spirituali nulla fiat exceptio, sine limitatione perpetuum illud erit, Sanch. l. *cit. n. 3.*

Quamobrem, licet moriatur baptizatus, vel confirmatus, & sic eo ipso desinat Paternitas, remanet tamen Compaternitas Spiritualis inter baptizantem, confirmantem, ac Paternos, & inter parentes baptizati, ac confirmati. König *hic n. 18.*

Quæritur 2. Inter quos Cognatio Spiritualis orta fuerit Jure antiquo Decretalium? *re.* isto Jure ad plures personas extendebatur, quam novissimo Tridentini; nam Jure illo tres fuerunt istius Cognationis species, videlicet Paternitas, Compaternitas, & Fraternitas.

Paternitas alia erat Directa, alia Indirecta. *Paternitas Directa* dirimebat Matrimonium inter baptizantem, & baptizatum, inter Confirmantem, & Confirmatum; nec non inter Patrem baptizati, vel confirmati, & baptizatum, vel confirmatum *can. de eo 5. caus. 30. q. 1. can. ita diligere 1. caus. cit. q. 3.* *Indirecta* dirimebat Matrimonium inter baptizatum, vel confirmatum, & baptizantis, vel confirmantis, aut Patrini, siquam habebat, uxorem, antecederet carnaliter cognitam *c. nedum 1. b. tit. in 6.* cum enim uxor una caro cum viro suo reputetur, statutum fuit, ut Cognatio, contracta à viro, referretur in uxorem illius;

Compaternitas erat & ipsa duplex, eademque rursus vel Directa, vel Indirecta. *Directa* dirimebat Matrimonium inter baptizantem, vel confirmantem, & Paternos ex una, & inter baptizati, vel confirmati parentes ex altera parte *can. siquis 3. caus. 30. q. 4. c. Martinus 4. & c. veniens 6. h. tit.* *Indirecta* dirimebat Matrimonium inter parentes baptizati, vel confirmati, & inter baptizantis, confirmantis, aut patrini uxorem, antehac cognitam *can. siquis cit. & can. sollicitatur 1. q. 4. cit.* Vi istius Cognationis baptizans, confirmans, & Patrini dicebantur *Compatres*, & uxores eorum *Commateres* baptizati, vel confirmati cum hujus parentibus naturalibus.

Fraternitas denique contrahebatur inter filios carnales baptizantis, vel confirmantis, aut patrinatorum ex una, & inter ipsum baptizatum, vel confirmatum ex altera parte; cum enim baptizans, confirmans,
Mm 3

& patrinus sint Compatres, sequitur, quòd filij eorum sint *Confratres* baptizati, & confirmati *can. Pitacium 2. & can. non oportet 3. caus. 30. q. 3. c. tua nos 7. h. tit. & c. vedum 1. eod. in 6.*

12 Ratio hujusmodi personas ad Matrimonium inter se contrahendum inhabiles reddendi fuit tum reverentia, quæ baptizantibus, confirmantibus, & patrinis à filijs spiritualibus maxima debebatur, & semper, præsertim in primitiva Ecclesia, consueverat exhiberi, adeo, ut inter Christianos Zelus, & contentio ob eam causam esset, à quo quispiam baptizatus esset, ut testatur Apostolus *1. Corin. 3.* tum verò conjunctio animorum, & familiaritas, quæ ex hujusmodi cognatione inter carnales baptizantis, confirmantis, & patrinorum filios, & inter baptizatum, vel confirmatum fuit orta; nam propter has maximè causas conjugia Cognatione naturali dirimuntur.

13 Dub. 1. Utrum filij duorum Compatrum antiquo Jure potuerint simul jungi Matrimonio? *4.* per *can. post susceptum 5. caus. 30. q. 3.* licebat quidem jungi genitis ante Compaternitatem, non verò genitis post illam. Sed hic Canon per *can. super quibus 4. q. cit.* (cujus Constitutio, ut notat Gloss. in *c. utrum 1. V. posterius h. tit.* est posterior Constitutione *can. post susceptum cit.* licet istam Gratianus in Decreto suo postposuerit) correctus est; nam *cit.* Constitutione statutum est, ut deinceps filij Compatrum, sive ante, sive post Compaternitatem geniti essent, simul conjungi possent in Matrimonium, exceptà illà tantùm personà, per quam ad Compaternitatem venit, sive per quam Compatres effecti sunt: quæ Constitutio renovata etiam est ab Alexandro III. *c. utrum cit.* cum exceptione tamen, nisi consuetudo justa, & legitime præscripta, ex cujus transgressione meritò scandalum oriri posset, aliter se habeat.

14 Dixi, *Exceptà illà personà, per quam ad Compaternitatem venit*, videlicet personà baptizati, vel confirmati; nam iste ante Trid. non poterat conjungi Matrimonio cum aliquo ex filijs baptizantis, vel Patrini levantis ex Baptismo, sive isti ante Compaternitatem, sive post illam geniti essent. Abb. in *c. tua nos 7. h. tit. n. 2.* Vivian. *ibid. in Rational.* Fagnan. in *c. utrum 1. eod. n. 1.* Barbof. *ibid. n. 1.* & expressè habetur *c. tua nos cit.* quia isti ad invicem sunt Confratres spirituales: & hinc sicut inter fratres carnales, & eorum forores non potest esse Matrimonium, ita nec inter fratres, & forores spirituales.

15 Aliud est de baptizante, & suscipiente ex Baptismo; nam baptizans laicus, vel suscipiens ex Baptismo potest contrahere Matrimonium cum forore baptizati, vel levati ex Baptismo. Abb. in *c. 1. cit. n. 4.*

Alex. de Nevo *n. 4.* Vivian. *7. separantur*, Fagnan. *n. 1.* Pirh. *hic n. 5. not. 2.* Schambog. *n. 4.* Item pater potest contrahere Matrimonium cum filia spirituali filij sui; quia cognatio spiritualis à patre descendit in filium, non verò à filio ascendit ad patrem, ut notant Abb. Fagn. Pirh. Schamb. *l. cit.*

Dub. 2. Utrum Matrimonium inter filios duorum Compatrum antiquo Jure fuerit solum illicitum, an verò etiam invalidum? *Certum* est invalidum fuisse, si tales fuerint, per quorum alterum, vel utrumque parentes ad Compaternitatem pervenerunt, ut patet ex *c. super eo 3. h. tit.* ubi jubentur separari ita conjuncti.

Dubium est de ijs, per quorum neutrum parentes venerunt ad Compaternitatem, si consuetudo peculiaris Ecclesiarum ejusmodi Matrimonia improbet. *Rationem dubitandi* facit textus *c. quod super his fin. de consang. & affinit.* ubi negatur consuetudinis vis tollendi Impedimenta inducta à Jure; atqui si tollere non potest inducta, etiam non potest illa inducere; nam ejusdem potestatis utrumque est.

Sed respondendum est, ea ante Trid. in tali loco, ubi vigeat ejusmodi consuetudo, fuisse invalida, ut colligitur ex *c. super eo cit.* ubi Pontifex præcipit, consuetudinem loci servandam in tali casu; nam etiam consuetudo, si vel approbata expressè à Summo Pont. vel saltem legitime præscripta sit, vim habet inducendi Impedimenta tum Impedientia, tum Dirimentia Matrimonium, ut dictum est *suprà Tit. 1. n. 372.* & ratio est; quia consuetudo approbata à Summo Pont. expressè vel tacitè per hoc, quòd habeat omnia requisita ad consuetudinem legitime præscriptam, habet vim Constitutionis Apostolicæ, seu Canonice: sicut igitur per hanc induci potest Impedimentum dirimens Matrimonium, ita & per consuetudinem sic approbatam. In nostro casu consuetudo expressè est approbata à Pontifice in *c. super eo cit.*

Ex quo patet responsio ad rationem dubitandi *Neque dicas*, ejusmodi consuetudinem non posse esse rationabilem, nequè legitime præscriptam, cum sit contra Jus Divinum, & à Jure specialiter reprobetur *c. de Francia 1. de Sponsal.* ubi Gallus quidam, qui uxorem dimiserat, & aliam duxerat, existimans primum Matrimonium esse nullum, eo quòd in illo contrahendo non servavit Legem, *i. e.* consuetudinem patriæ, cogitur redire ad primam uxorem, & pœnitentiam agere, tanquam transgressor Legis Evangelicæ. Nam contrà est, quia in *c. cit.* solum reprobatur consuetudo, quæ non est legitime præscripta. Cæterum, quòd consuetudo, de qua agit *c. super eo cit.* non sit contra Jus Divinum, aut irrationabilis, ex eo patet, quia est approbata à Pontifice in *eod. cap. quapp*

quam approbare Pontifex non potuisset, si illa contra Jus Divinum, & rationem pugneret.

19 **Dub. 3.** Quando Cognatio Spiritualis antiquo Jure à marito, alterius filium suscipiente contracta cum parentibus istius naturalibus, extensa fuerit ad uxorem ejusdem? **R.** Si post Matrimonium, carnali copula consummatum maritus talium parentum filium susceperit ex Baptismo, pro ut expressè habetur *c. Martinus 4. b. tit.*

Ex quo sequitur, si vir ante Matrimonium contractum, vel post contractum quidem, sed nondum consummatum suscepit ejusmodi baptizatum, patrem istius, mortua sua uxore, posse, & potuisse etiam de Jure antiquo ducere viduam Patrini filij sui relictam. *Ratio est*, quia uxor Patrini Commater solum efficitur, quando facta fuit cum illo una caro; atqui ante Matrimonium contractum, vel post contractum quidem per verba de presenti, sed nondum consummatum, una caro cum viro suo facta non est; igitur Commater effecta non est, & conf. nec de Jure antiquo Impedimentum contraxit respectu Patris baptizati, quem maritus illius ante Matrimonium contractum, vel consummatum è Sacro Fonte suscepit.

20 **Quæritur 3.** Inter quosnam Cognatio Spiritualis ex Baptismo, & Confirmatione contrahatur Jure novo Tridentini? **R.** Hoc Jure, prout videre est *sess. 24. c. 2. de reform. Matr.* ad tollenda animarum pericula, scandala, aliæque incommoda, quæ ex Cognationis istius ita latè extensæ, ignorantia in Ecclesia orta sunt, Cognatio ista, vel saltem vis dirimendi Matrimonium, quam Jure antiquo habuit, tribus potissimum modis restricta est. Nam

21 **1.** Statutum est, ut Matrimonium ratione Baptismi imposterum non dirimatur, nisi inter baptizantem, & baptizatum; inter Patrimum ex Sacro Fonte levantem, & baptizatum, tanquam inter patres, & filios, vel filias spirituales; quæ Cognatio etiam hodie *Paternitas* dicitur: & denique inter baptizantem, vel patrinum ex una, & baptizati patrem, ac matrem ex altera parte, tanquam inter Compates, illos quidem Spirituales, hos verò carnales, quæ Cognatio propterea etiamnum *Compaternitatis* nomen retinuit. Ipsa verò *Fraternitas*, uti & *Paternitas*, & *Compaternitas indirecta*, saltem quatenus Conjugij impedimento fuere, omnino sublatae sunt: nam cætera impedimenta omnia inter personas, inter quas Jure antiquo ex Baptismo oriebatur Impedimentum dirimens, laudata Synodus *c. 2. cit. in fin.* abrogata voluit. Quod ipsum intelligendum vult Sacra Synodus de Cognatione orta ex Confirmationis Sacramento; nam etiam de isto statuit, ut deinceps cognatio Spiritualis ex ea orta Matrimonium non dirimeret, nisi inter confir-

mantem, vel patrinum ex una, & inter confirmatum, istiusque patrem, & matrem ex altera parte.

2. Præcipit Sacra Synodus, ut in Baptismo imposterum unus tantum Patrinus, & ad summum unus, & una, à parentibus electi, adhibeantur, eorumque, postquam de contracto Cognationis Spirituales Impedimento admoniti à Parocho baptizante fuerint, nomina in Libro describantur, Addidi in Baptismo; nam in Confirmatione unus, vel una tantum adhiberi potest, ut notant Suar. *in 3. p. q. 72. art. 10.* Bonacin. *de matr. q. 3. p. 5. §. 2. n. 31.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 30. n. 43.* Gonzal. *in c. fin. n. 10. in fin. b. tit.* Wiestner *hic n. 7. §. 2.* & patet ex *c. fin. princ. b. tit. in 6.* Neque obstat, quòd S. Synodus *7. ea quoque* Decretum de Baptismo extendat etiam ad Confirmationem; nam *7. cit.* agitur solum de personis, Cognationem Spiritualem contrahentibus, non autem de numero Patrinorum; neque etiam est credibile, quòd Concilium istud, utpote cujus intentio fuit cognationem Spiritualem restringere, numerum Patrinorum, à *c. fin. cit.* constitutum, voluerit ampliare.

3. Ordinârunt *cit. Concilij PP.* ut **23** casu, quo præter unum tantum, vel unam designatos alij baptizatum tetigerint, Cognatio Spiritualis ab his nullo modo contrahatur; nam Jure antiquo, etsi prohibitum fuerit, ut plures Patrini in Baptismo, & Confirmatione adhiberentur *can. non plures 101. de consecr. dist. 4.* si tamen plures fuissent adhibiti, omnes contrahebant Cognationem Spiritualem impediendam, ac dirimentem Matrimonium, ut constat ex *c. fin. cit.*

Ex his sequitur 1. baptizatum, vel **24** ipsius patrem hodie non impediri contrahere Matrimonium cum uxore levantis, aut baptizantis. Navar. *Man. c. 22. n. 39.* Suar. *3. p. q. 67. art. 8. col. 3. §. secundò explicat.* Henric. *l. 12. de Matr. c. 11. n. 2.* Sanch. *l. 7. de Matr. 54. n. 11.* Gonzal. *in c. 1. b. tit. n. 4.* Zœl. *hic n. 4.* Engl. *n. 3.* König. *n. 6.* & constat ex *Motu proprio Pij V. incipit Cum illius vicem edito 4. Cal. Dec. 1566.* ubi hic S. Pontifex, cum dubitatum à quibusdam fuisset, an cognatio Spiritualis, contracta à viro, transfundatur à viro in uxorem, & vicissim, ut olim, declaravit, non transfundi, quòd Tridentinum in suo Decreto expressè decidat, Cognationem hanc non contrahi ab alijs personis, præter ibi numeratas, inter quas non continetur uxor patrini, vel baptizantis.

Sequitur 2. Hanc Cognationem etiam **25** non contrahi inter ipsosmet Patrinus; & hinc si vir, & foemina simul Patrini sint, possunt inter se Matrimonio jungi; quia etiam Jure antiquo impedimentum inter eos nullum intercesserat, & Trid. dum permisit, ut unus, & una simul esse Patrini possent, Cognationem

nem istam non extendere, sed coarctare voluit. Quare, dum idem Tridentinum *sess. 24. c. 2. de reform. Matr.* sic ait: *ad Summum unus, & una baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsam Cognationem contrahatur, illius particulæ, inter quos, sensus non est, quasi ipsi Patrini inter se contraherent Cognationem, sed quòd illam contrahant cum personis ibi nominatis, nempe cum baptizato, & ejus parentibus.* Ita cum Navar. *Suar. §. cit. Sanch. n. 12. & alijs supra cit.* Gonzal. *in c. fin. h. tit. n. 10.* Barbof. *in c. eod. n. 3.* Passerin. *in c. 1. ibid. in 6. n. 9.* Et hinc

26 *Sequitur 3.* Si vir, & uxor simul alienum partum levent de Sacro Fonte, nullatenus eos privari jure exigendi debiti; quia nullam contrahunt inter se Cognationem. *Sanch. l. cit. n. 13.* Bonacin. *de matr. q. 3. p. 5. §. 2. n. 6.* Zoef. *n. 4.* König *n. 7.* Reiffensuel *n. 12.*

Sequitur 4. Nec inter baptizantem, vel confirmantem, & levantem ullum nasci impedimentum; cum etiam de his nulla fiat mentio à Trid. König *n. 8.* Reiffensuel *l. cit.*

Sequitur 5. Nec inter baptizatum, aut confirmatum, & baptizantis, confirmantis, aut levantis filiam ullam hodie intercedere Cognationem spirituales, saltem talem, quæ impedimentum sit contrahendi inter illos Matrimonij. Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 30. n. 56.* Gonzal. *in c. 1. h. tit. n. 4.* Zoef. *hic n. 4.* König *n. 9.* Reiffensuel *n. 12. cit.*

27 *Queritur 4.* An Hæreticus, vel etiam Infidelis contrahat Cognationem istam, si hic baptizet aliquem infantem, vel illius infans baptizetur? *Certum est,* quòd eam contrahat Hæreticus, si baptizet, vel teneat in Baptismo prolem Catholicæ, vel Catholicæ baptizet, aut teneat ipsius prolem. *Sanch. l. 7. de matr. D. 60. n. 2.* Zoef. *hic n. 5.* Pirhing *n. 40.* Schambog. *n. 34.* König *n. 10.* Vincent. *Petra tom. 2. comment. fol. 442. n. 13. fin.* Ratio est, quia character Baptismi est insignitus, ac proinde capax Cognationis Spirituales, & Legibus Ecclesiæ subijcitur. Et quamvis peccet fungens Patrini munere, nullibi tamen expers efficitur hujus muneris obeundi: ac proinde verus Patrinus. Controversia potissimum est de Infideli, eaque duplex: atque hinc est

28 *Dubium 1.* An Infidelis baptizans, vel suscipiens in Baptismo, vel Confirmatione filium fidelis, contrahat cognationem Spirituales cum persona baptizata, vel confirmata, & ejus parentibus? De utroque affirmat Archidiac. *in c. 1. n. 1. h. tit. in 6.* Alij cum Gloss. *in can. in baptisinate 102. V. suscipere de consecr. dist. 2. Angel. V. Baptismus 8. n. 1. & V. Matrimonium 3. Imped. 7. n. 10.* Sor. *in 4. dist. 4. q. un. art. 5.* Henriq. *l. 12. de Matr. c. 3. n. 4. §. tertio junct. Comment. lit. F. & c. 11. n. 2.* & videtur hoc probari 1. pari-

tate cum Hæretico, qui, si baptizet; vel suscipiat aliquem ex Baptismo, cognationem contrahit secundum dicta *n. præc. 2.* Paritate cum Impedimento criminis quod secundum dicta *Tit. 7. n. 2. & 46.* contrahitur inter mulierem Christianam, & virum infidelem, etsi iste Lege Ecclesiastica, Impedimentum constituyente, non teneatur. 3. Per Catechismum contrahitur vera Cognatio Spirituales *c. per Catechismum 2. b. tit. in 6.* ergo nondum baptizatus est capax Cognationis Spirituales. 4. Puer baptizatus ab infideli, recipit verè ab illo esse Spirituales; ergo manet verè filius Spirituales ejusdem, ac proinde vera cognatio contrahetur. 5. Ex Baptismo valido oritur Cognatio; est autem validus Baptismus collatus etiam ab infideli; ergo &c.

Sed dicendum, ab infideli Cognationem Spirituales neutiquam contrahi, five ipse baptizet, five baptizatum, vel confirmatum ab alio suscipiat. Ita *S. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. art. 3. q. 1. ad 3.* Durand. *ibid. q. 1. n. 9. fin.* Alex. de Nevo *in c. 5. b. tit. n. 12. §. 13.* Sylv. *V. Matrimonium 8. q. 7. dist. 12.* Navar. *Man. c. 22. n. 36.* Carrer. *l. 2. de Sponsal. c. 8.* Sanch. *l. 7. de Matr. D. 60. n. 7. §. 8.* Pont. *l. 7. de matr. c. 40. n. 2.* Conink *D. 32. n. 25.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 4. c. 9. n. 2.* Gonzal. *in c. fin. h. tit. n. 9.* circa med. Passerin. *in c. 1. n. 4. eod. in 6.* Zoef. *hic n. 5.* Pirhing *n. 35.* Schambog. *n. 34.* König *n. 10.* Wiefner *n. 14.* Vincent. *Petra l. cit. n. 13.* Magnif. *P. Schmier p. 3. de matr. c. 3. n. 254. §. 255.* Ratio est, quia sicut nondum natus secundum carnem incapax est Cognationis carnalis, ita nondum natus secundum spiritum incapax est Cognationis Spirituales; neque minus absurdum est aliquem esse patrem spirituales ejus, qui ante ipsum spiritualiter natus est, ac absurdum est esse patrem carnalem, qui nondum natus secundum carnem est.

Proceditque hoc, etiamsi talis baptizans, vel suscipiens Catechumenus sit; nam licet talis per Baptismum flaminis jam acceperit gratiam sanctificantem, tamen nondum mediante visibili Sacramento Baptismi spiritualiter regeneratus est, ut adeò adhuc Cognationis Spirituales sit incapax. *Sanch. l. cit. n. 9. & ab eo cit.* *Neque refert,* etiamsi postea infidelis, baptizans, vel suscipiens ex Baptismo, etiam ipse baptizetur; quia nec tum contrahit cum baptizato, vel suscepto, & ejus parentibus Cognationem Spirituales, sed potest adhuc cum his contrahere Matrimonium, nisi aliunde impediatur. *Sanch. n. 10.* Laym. *n. 2. cit. §. ex quo.* Ratio est, quia fundamentum, ex quo talis Cognatio oriri deberet, nempe Baptismus præteritus, non amplius existit; igitur licet tum adsit capacitas in subjecto, non tamen operari in eo cognationem spirituales poterit, quippe quæ imitatur cognationem car-

paterna, quæ oriri non potest, nisi existente eo, in quo fundatur.

Neque obstant Argumenta allata in oppositum. *Ad 1.* negatur paritas; nam infidelis nullo modo subicitur Legibus Ecclesiæ, quibus tamen afficitur Hæreticus, cum per Baptismum jam sit spiritualiter natus, & ingressus Ecclesiam; ergo licet infidelis cognationem spirituales ex Baptismo non contrahat, contrahet tamen illam Hæreticus, cum nullo Jure ad eam reperitur factus inhabilis.

Ad 2. Poenali illa Constitutione, ut l. *cit.* dixi, afficitur directè sola mulier Christiana, indirectè solum vir infidelis, quod Matrimonium requirit, ut uterque contrahens sit habilis ad contrahendum.

Ad 3. Cognatio, quæ ex Catechismo confurgit, est valde imperfecta, ac dispositio quædam ad perfectam, quæ ex Baptismo confurgit: ac proinde mirum esse non debet, si Ecclesia sic statuerit, contrahatur ante Baptismum, & à nondum baptizatis. *Ad 4.* Non satis est recipere esse ab alio, ut recipiens filius illius dicatur; sed necesse est, ut recipiat esse à principio viventi simili in natura: quod non fit, cum Infidelis baptizat, vel suscipit ex Baptismo. *Ad 5.* præter hoc, quod Baptismus debeat esse validus, ad contrahendam cognationem Spirituales requiritur in subiecto capacitas ejus contrahendæ.

Dub. 2. An Infidelis sit capax Cognationis passivæ, ut si fidelis baptizet, vel teneat in Baptismo prolem parentis infidelis, fidelis cum isto contrahat cognationem, quamvis iste cum baptizante, vel tenente non contrahat? Affirmativam defendit Gloss. in c. *pervenit* 1. *V. ex lavacro caus.* 30. q. 1. Rosell. *V. Impedimentum Imped.* 6. n. 26. Angel. *V. Matrimonium* 3. *imped.* 7. n. 10. Sylv. *V. eod.* 8. q. 7. *dist.* 12. Henric. l. 12. *de Matr.* c. 11. n. 3. *fin.* & plures alij apud Sanch. l. 7. *de matr.* D. 60. n. 30. Rationem dant; quia quamvis infidelis ex parte sua sit expers cognationis spiritualis, at fidelis tamen illius est capax, & subiectus Legi Ecclesiasticæ, statuenti, ut quicumque baptizans, vel susceptor illam contrahat; igitur ex parte sua eandem contrahet, tanquam verè baptizans, verusque susceptor. *Conf.* Impedimentum criminis, licet infidelem non afficiat, afficit tamen fidelem; igitur etiam Cognatio Spiritualis.

Sed dicendum, infidelem etiam esse incapacem Cognationis spiritualis passivæ; ac proinde nec fidelis baptizans, vel suscipiens prolem parentum infidelium, cum his contrahet cognationem aliquam. Ita Durand. in 4. *dist.* 42. q. 1. n. 9. *fin.* Alex. de Nevo in c. 5. b. *tit.* n. 13. Henric. de Boich in c. 6. *eod.* n. 2. Sot. in 4. *dist.* 42. q. 1. *art.* 3. *postrema*, Palacios *ibid.* D. 1. col. 27. *non me lateat*, Barth. à Ledesma. *de Matr. dub.* 46. *post 2. concl. nos.* 1. Sanch. D. 60. *cit.* n. 14.

& alij n. 29. allegati. Ratio est, quia Cognatio spiritualis non minus, quam carnalis reciproca est; ergo hoc ipso, quod infidelis eam non contrahat, etiam cum ipso illam non contrahet fidelis.

An verò, si postea prolis baptizata pater Sacramentum Baptismi suscipiat, ex eo tempore cognationem spirituales contraxisse censeatur cum persona baptizante, confirmante, & patris suæ prolis baptizata, non conveniunt DD. Conink D. 32. n. 27. & Laym. c. 9. *cit.* n. 3. affirmant; negat cum Alex. de Nevo, Barth. à Ledesma, & Gallego Sanch. n. 15. & quidem verisimilius; quia quod à principio irritum fuit, convalescere nequit per tractum temporis *Reg. non firmatur* 18. in 6. Ex quo idem Sanch. n. 16. infert, inter baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, si postea baptizentur, posse consistere Matrimonium. Aliud est de prole parentum infidelium baptizata, vel ex Baptismo suscepta; cum enim respectu hujus nullum adsit impedimentum, quin cum ea baptizans, & susceptor statim contrahat Cognationem, inter hunc, & illam nullo casu poterit consistere Matrimonium.

Ad Argumentum n. 13. propositum, non sufficit, quod Cognationis spiritualis capax sit fidelis, nisi etiam alterum extremum, cum quo contrahenda illa est, illius sit capax. *ad Conf.* negatur paritas; nam Cognatio ex natura sua est relatio reciproca, & inveniri nequit, nisi inter extrema habilia: at Impedimenta alia effectum suum habere possunt, quamvis una solum persona sit impedita, licet ex parte alterius nullum sit Impedimentum, Patet ex Impedimento Ligaminis, quod, ut impediatur, & dirimat Matrimonium, sufficit ex una parte existere.

Quæritur 8. Quid requiratur, ut fidelis suscipiens ex Baptismo, vel Confirmatione cum suscepto contrahat Cognationem Spirituales? n. 1. Requiritur intentio obeundi munus Patrini; sicut enim baptizans sine intentione baptizandi non baptizat verè, neque contrahit Cognationem Spirituales, ita nec levans sine intentione verè obit munus Patrini, aut cognationem contrahit. Sanch. l. 7. *de Matr.* D. 58. n. 4. Conink D. 32. n. 28. & alij apud istos. Non autem necesse est, ut intentio hæc explicite feratur in Cognationem Spirituales; quia ex natura connexorum ad intentionem unius sequitur etiam alterum, quod illi necessario connexum est. Et hoc verum est, etsi levans, habens voluntatem præstandi munus Patrini, protestetur, se nullo modo velle contrahere Cognationem Spirituales; nam hac protestatione non obstante, adhuc eandem contrahet, cum ab ipsius voluntate, ac potestate non dependeat unum ab altero pro libitu separari in ijs, quæ Statuto, vel

authoritate Ecclesie connexa sunt. Sanch. *n. 4. cit.* Conink *n. 28.* König *hic n. 13.* Schambog. *n. 27.* Reiffenstuel *n. 25.*

2. Requiritur, ut Patrinus baptizandum, aut confirmandum teneat, dum Baptismus, aut Confirmatio revera administratur. Conink *n. 28.* Hinc quando puer domi antea, necessitate sic compellente, privatim baptizatus est, is, qui postmodum in Ecclesia, dum solennitates suppleantur, eundem tenet, hanc Cognationem non contrahit, cum dici non possit illum ex Baptismo suscepisse. Sanch. *n. 5.* Conink *n. 24.* Gonzal. *in c. 5. h. tit. u. 4. in fin.* Barbof. *in c. 1. eod. in 6. u. 8.* Passerin. *ibid. n. 7.* Zoel. *hic n. 12.* König *n. 14.* Reiffenstuel *n. 17.* & sic decisum fuisse à S. Congr. testatur Corrad. *prax. dispens. l. 3. c. 2. n. 6.* Ex quo sequitur, casu, quo iteratur Baptismus sub conditione, quia dubitatur, an prius collatus fuerit validus, si postea constet, fuisse validè collatum, non contrahi Cognationem. At dum id non constat, Cognationem Ecclesia præsumet. Sanch. *n. 6.* Gutier. *c. 100. n. 10.* Reiffenstuel *hic n. 18.* Quod intelligo, quando verum est dubium; nam si tale non sit, sed in utramque probabilitas detur, quisque eligere potest partem, quam vult, & sic dubium resolvere. Sanch. *n. 7.*

3. Requiritur, ut Patrinus eum, qui baptizatur, vel confirmatur, in ipso actu Baptismi, vel Confirmationis formaliter, & verè teneat, aut si in Baptismo consuetudo loci habeat, ut solus Sacerdos in actu Baptismi teneat, vel immergat, saltem immediatè ex manibus Baptizantis suscipiat, ac lever; nam teste D. Antonin. *3. p. tit. 1. c. 13. §. 3.* in aliquibus locis Baptismus celebratur per aquæ infusionem, Patrinis puerum sustentantibus, in alijs autem tenet puerum baptizans, & statim tradit Patrinis. Sufficit ergo, si Patrinus baptizatum de manu baptizantis statim suscipiat: imò, si baptizandum Sacerdoti præsentet eo fine, ut illum baptizet; quia, quæ in continenti fiunt, videntur inesse *l. lecta 40. ff. si cert. petat.* Conink *D. 32. n. 28.* Fagn. *in c. veniens 6. b. tit. n. 12. §. seqq.* Vincent. *Petra tom. 2. fol. 444. n. 23.* & hoc teste resolvit S. Congr. 1688. & confirmat praxis. Ex quo sequitur 1. Quòd non sufficiat sola assistentia, vel responsio, aut sponso ad interrogationem baptizantis. Sanch. *D. 56. n. 5.* Bonacin. *§. 2. n. 14.* Pal. *tr. 19. D. un. p. 11. §. 2. n. 3.* Fagnan. *in c. veniens cit. n. 4.* Gonzal. *ibid. n. 2.* Barbof. *in c. fin. in 6. n. 6.* Zoel. *hic n. 11.* Reiffenstuel *ibid. n. 26.* 2. Non sufficit, mediatè suscepisse baptizatum: & propterea nec compater, nec commater Cognationem Spiritualem contraheret, si hæc baptizatum primùm è Compatri, aut iste ex Commatris manibus susciperet. Sanchez *n. 3.* Vincent. *de just. de Dispens. Matr. l. 2. c. 5. n. 49.* König *n. 15.* & teste Petr,

de Ledesm. *de Matr. q. 56. art. 3. col. antepen.* decretum est à S. Congr. Card. 3. Similiter non sufficit tactus momentaneus digito, vel manu, sed exigitur, Patrinus sic infantem tangere, ut verè teneant, vel levent ex Sacro Fonte; hoc enim solum est esse verè susceptorem, quod requiritur *can. post susceptum 5. caus. 30. q. 3. can. si quies 3. caus. cit. q. 2. c. nedum 1. h. tit. in 6.* ubi cognatio præcisè sustentationi, levationi, susceptioni, aut tactui attribuitur. Non requiritur tamen, ut baptizatum Patrinus tangat immediatè, sed sufficit, si tangat contectum vestibus, vel teneat in quodam linteo, aut in disco; quia istud est verè tangere, ac tenere. Sanch. *n. 6.*

4. Requiritur aliqui, ut Patrinus pro baptizato respondeat, saltem si iste sit infans. Ita Franc. *in c. 1. pr. n. 2. h. tit. in 6.* Brunell. *de Sponsal. concl. 20. n. 19.* Henric. de Boich. *in c. 6. u. 5.* qui proinde inferunt, mutum incapacem esse hujus Cognationis Spirituales, & muneris patris in Baptismo obeundi. Sumunt ex *can. primà igitur 73. juncta Gloss. V. cautione, & can. vos ante omnia 105. de consecr. dist. 4.* ubi dicitur, Patrinus debere fidejuberè pro parvulis, ut autem sint fidejussores, verba sunt necessaria *l. blanditus 12. C. de fidejussor.* Sed dicendum, Cognationem hanc à Patrino sola susceptione contrahi, & nullatenus ad id responsum Patrinorum desiderari. Ita Archidia. *in c. nedum 1. n. 4. §. 8. eadem h. tit. in 6.* Joan. Andr. *ibid. n. 2.* Sylv. *V. Matrimonium 8. q. 7. dist. 13.* Covar. *p. 2. de Sponsal. c. 6. §. 4. n. 7.* Henric. *l. 12. de Matr. c. 11. n. 3.* Sanch. *l. 7. D. 56. n. 10.* Honor. *hic n. 3.* & sumitur ex *c. nedum cit.* & alijs Juribus hæctenus allegatis, quæ solius susceptionis, tenionis &c. mentionem faciunt. *Conf.* quia responsio Patrinorum pro baptizato ad Catechismum spectat; nam in Baptismo ipso nulla fit interrogatio, vel responsio. Ad textus in contrarium allegatos Sanch. *n. 11.* respondet, eos solum loqui de Patrino Catechismo.

5. Requiritur, ut Sacramentum Baptismi, vel Confirmationis validè sit collatum; nam si ex defectu materiæ, formæ, vel intentionis invalidè collatum sit, Cognatio hæc, & Impedimentum non nascitur. Sanch. *l. 7. de Matr. D. 60. n. 5.* Conink *D. 32. n. 31.* Pirhing *hic n. 36.* König *n. 12. pr.* Wiestner *n. 16.* Reiffenstuel *n. 13.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Matr. c. 3. n. 231.* Ratio est, quia Jura, quæ Spiritualem Cognationem statuunt, eam oriri ajunt ex Baptismo, quo carnaliter genitus spiritualiter regeneratur. atqui talis Spirituales regeneratio non datur casu, quo Baptismus ex quocunque defectu substantiali collatus est invalidè, ergo neque ex eo oritur Cognatio Spirituales. *Conf. 1.* Quia quod nullum est, nullum producit effectum *c. illud 8. de Jur.*

Jur. Patron. & l. si se non obtulit 4. §. con-
denatum 6. ff. de re judic. cui concordat
Reg. 52. in 6. ibi, Non præstat impedimentum,
quod de Jure non sortitur effectum. atqui effe-
ctus Baptismi est Cognatio Spirituali, ergo
ista non producitur à Baptismo, qui ex de-
fectu substantiali est nullus. Conf. 2. Quia
quando principale non subsistit, nec accesso-
rium validum esse potest; hoc enim naturam
principalis sequitur Reg. accessorium 42. in 6,
atqui Cognatio Spirituali est accessoria Bap-
tismo, & Confirmationi. ergo his non sub-
sistentibus, neque illa inducitur. Ex quo se-
quitur, non contrahi Cognationem Spiritua-
lem per temerariam, & sacrilegam iteratio-
nem istorum Sacramentorum; quia hujus-
modi iterata administratio istorum Sacra-
mentorum invalida est can. 47. Apostol.
Conc. Flor. in Decret. Eugen. §. quinto, &
Trid. sess. 7. can. 9. de Sacr. in gener. & can.
11. de Baptis.

41 6. Ut Patrinus ex susceptione in Con-
firmatione Spiritualem Cognationem con-
trahat, specialiter requiritur, ut ipse quo-
que antea fuerit confirmatus. Sanch. l. 7.
de Matr. D. 60. n. 20. Conink D. 32. n.
37. Pignatell. tom. 1. consult. 10. per totam.
König hic n. 17. Reiffenstuel n. 27. & ita
declaratum est à S. Congr. in Licensi, 13. Jun.
1654. Facit etiam pro hoc Pontificale
Romanum p. 1. tit. 1. de Conf. ibi: Nullus,
qui non est confirmatus, potest esse in Confir-
matione Patrinus. Imò idipsum clarè etiam
statutum est can. in Baptismo 102. de con-
secr. dist. 4. ibi, in Baptismo, & in Chri-
smate non potest alium suscipere in filiolem,
qui non est baptizatus, vel confirmatus, Ra-
tio est, quia talis, licet jam habeat esse
spirituale per Baptismum, non tamen ha-
bet conditiones per Ecclesiam requisitas,
ut sit Patrinus in Sacramento Confirmationis.
Neque obstat, quòd Episcopus, non in-
signitus Sacramento Confirmationis, verè
contrahat cognationem, si puerum confir-
met; nam disparitas est: quia, ut confir-
mans Cognationem contrahat, plus non
requiritur, quàm ut Sacramentum Confir-
mationis validè conferat; ut Patrinus eam
contrahat, opus est, ut sit verus susceptor,
& conf. instructus sit qualitatibus ad hoc ab
Ecclesia requisitis.

42 Queritur 6. An dicta Cognationis
Impedimentum contrahat, & propterea de-
biti conjugalis petendi Jure privetur vir bap-
tizans, aut ex Baptismo levans prolem ex
legitima uxore susceptam? Certum est 1.
quòd eam Cognationem non contrahat, si
prolem, ex legitima sua uxore à se suscep-
tam, baptizet in necessitate, ut patet ex can.
ad limina 7. caus. 30. q. 1. ubi ratio reddi-
tur; quia inculpabile judicandum quod necessi-
tas intulit, Navar. Man. c. 16. n. 40. Sanch. l. 9.
de Matr. D. 26. n. 2 Barbof. in can. cit. n. 7. &
9. Pirhing hic n. 39. Wietner ibid. n. 19.
B. P. Schmalzgrueber L. IV.

Certum est 2. Similiter patrem non
contrahere Cognationem Spiritualem, &
propterea non impediri à petitione debiti, si
conjugis suæ vel communem filium ex Sa-
cramento Baptismi, aut Confirmationis sus-
cipiat tanquam Patrinus in necessitate, &
casu, quo nullus alius Patrinus haberi po-
test. Sanch. l. cit. n. 3 Laym. l. 5 tr. 10. p.
4. c. 8. n. 7. Vivian. in c. si vir. 2. §. si verò
Spirituali h. tit. Fagnan. ibid. n. 8. Zœf. hic
n. 9. Pirhing n. 39. Schambog. n. 6. Engl.
n. 8. König n. 19. Reiffenstuel n. 15. Ne-
que obest, quòd ad valorem Baptismi non sit
necessarius Patrinus; quia saltem est de præ-
cepto, & in Baptismo etiam privato hone-
stus adhibetur. igitur pater eo casu levans
uxoris, aut communem prolem propterea
nullum incurere debet impedimentum pe-
tendi debitum conjugale. Conf. nam im-
pedimentum petendi debitum Jure Canonico
statutum est in pœnam delicti; parens
autem hoc casu nil deliquit, si Patrinus exi-
stat filij sui, quando alius haberi nequit. er-
go &c.

Certum est 3. Eandem Cognationem
cum sua uxore, & impedimentum petendi
debitum etiam non incurere patrem, si
propriam filium, etiam extra necessitatem,
baptizet, vel ex Baptismo, aut Confirmatio-
ne suscipiat per probabilem ignorantiam Ju-
ris, aut facti. Abb. in c. 2. b. tit. n. 4. Alex.
de Nevo ibid. n. 6. Vivian. §. quoad verò,
Barbof. n. 4. Wagnereck not. 2. Laym. l.
cit. n. 8. §. illud verò, Zœf. n. 9. hic, Pirhing
n. 39. Schambog. n. 32. König n. 19. Ra-
tio est, quia cum id solo Jure Ecclesiastico
prohibitum sit, ideo, qui hoc Jus probabi-
liter ignorat, sicut excusatur à culpa, ita
etiam ab annexa pœna; nemo enim sine cul-
pa Jure suo privari debet. Imò Sanch. l. 9.
de Matr. D. 32. n. 47. Barbof. in c. 2. b. tit. n.
5. & alij apud istos, procedere istud vol-
unt etiam in casu, quo pater ita suscipiens
laborat ignorantia facti crassa, modò non sit
affectata, vel ita crassa, ut ingens temeritas
sit ignorare; quia pœnam privationis Jus
imponit scienti ubi autem Jus pœnam im-
ponit aliquid facienti scienter, excusatur ab ea
ignorantia quæcunque non affectata, & quæ
non est adeo crassa, ut sit ingens temeritas,
prout ostendit Sanch. D. cit. n. 36. 39.
& 40.

Certum est 4. Non contrahi Cognationem
Spiritualem à patre, & proinde istum
non privari Jure exigendi debitum, qui non
ut susceptor, & intendens exercere cere-
moniam Ecclesiæ, sed materialiter solum
teneret prolem uxoris, aut suam communem,
ut commodiùs baptizetur. Sanch. l. 9. D.
36. n. 4. quia non est verus susceptor.

Certum est 5. Casu, quo pater pro-
priam prolem, ex fornicatione susceptam,
etiam in necessitate baptizat, aut suscipit ex
Baptismo, ab eo omnino contrahi Cognationem
Nn

tionem Spiritualem cum prole, & prolis matre. ita, ut hanc ducere non amplius possit. Sanch. l. 7. de Matr. D. 62. n. 11. Fagnan. in c. si vir cit. n. 9. Zocf. hic n. 9. Engl. n. 8. Schambog. n. 7. Wiestner n. 19. & ratio est, quia pater baptizans, vel suscipiens legitimam prolem suam, aut uxoris suae solum ideo non privatur Jure petendi debitum conjugale, quia ipsi ad hoc petendum per Matrimonij contractum jus jam quaesitum est, quo proinde sine culpa spoliari non debet. igitur vim suam Cognatio Spiritualis exeret in casu, quo baptizanti, vel suscipienti tale jus non est quaesitum, prout quaesitum non est in casu presenti. Haec certa apud omnes, vel saltem plerosque sunt.

46 *Dubium*, & à DD. in utramque partem magno studio agitata Controversia est, an debiti conjugalis exigendi jure hodie privetur vir prolem, ex legitima uxore susceptam, extra casum necessitatis scienter baptizans, vel ex Baptismo levans? Affirmant S. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Corp. S. Bonavent. ibid. art. 1. q. 2. n. 8. Host. in c. si vir 2. n. 3. §. patrocinari, Abb. ibid. n. 5. Alex. de Nevo n. 8. Sylv. V. Matrimonium 8. q. 7. dist. 1. §. 2. Armill. V. eod. n. 9. Navar. Man. c. 22. n. 40. Gaëta Repet. can. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 439. Philarc. de Offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. n. 11. ad fin. Sanch. l. 9. de Matr. D. 26. n. 7. Tann. tom. 4. D. 8. q. 4. dub. 4. n. 7. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 8. Gutier. de Matr. c. 100. n. 5. Vivian. in c. si vir cit. §. si verò ambo, Barbos. ibid. n. 3. Wagnereck not. 1. Vallenf. hic n. 8. Pirhing n. 29. Schambog. n. 5. §. 32. Clericat. decis. 23. n. 29. & apud hos alij magno número.

47 Nituntur 1. *Authoritate can. pervenit* 1. & can. siquis silastrum 2. caus. 30. q. 1. ubi conjuges baptizantes, aut ex Baptismo, vel Confirmatione suscipientes proprios suos, aut alterutrum filios jubentur separari, sive à conjugalis thori usu removeri indiscriminatim. 2. can. nōsse 3. & can. ad limina 7. q. cit. quorum textuum priore separantur, sive communis thori usus interdicitur ijs, quorum alter filium in Sacro Fonte levavit cum alterius consensu; posteriore is, qui filium baptizavit, non separatur à conjugate, ex ratione, quòd dicatur id bona fide egisse. igitur argumento ducto à sensu contrario, fuisset separandus, si id fecisset culpabiliter, & extra casum necessitatis. 3. c. si vir 2. b. tit. conjux, qui propriam prolem, non postulante ulla necessitate, scienter ex Sacro fonte suscepit, jubetur reddere debitum conjugati, quòd ei fraus sua, & dolus non debeat patrocinari. atqui hæc ratio cessat quoad debiti exactionem, ergo hæc illi hoc textu censetur interdicta. 4. Conjuges hujusmodi actu contrahunt Cognationem Spiritualem, quantum potest Jure contrahi. igitur nisi hujusmodi conjugati Jus petendi debitum, adstruatur à Jure, eà privabitur.

non autem adstruitur ullo Juris textu, ergo &c. 5. Quando supervenit Impedimentum dirimens Matrimonio jam contracto, debiti exigendi jure generaliter privatur eum, cujus actione inductum est, ut patet in afinitate orta ex commercio carnali cum sanguinea conjugis; item in Voto solenni edito per Professionem Religiosam, vel susceptionem Ordinis Sacri, tale autem impedimentum supervenit in casu presenti, nempe Cognatio Spiritualis, ergo &c.

Verum his non obstantibus, dicendum, hodie conjugem, qui ita propriam prolem extra necessitatem baptizat, vel ex Baptismo, aut Confirmatione suscipit, non privari jure petendi debitum. Ita Gloss. in c. si vir, cit. V. debitum, Ancharan. ibid. in fin. Archidiac. in can. nōsse cit. §. in prima, Durand. in 4. dist. 42. q. 1. art. 3. n. 11. fin. Suar. 3. p. q. 67. de Baptismo art. 8. §. quocirca, Conink D. 34. dub. 8. à n. 66. Perez D. 29. de Matr. sect. 6. n. 9. Zocf. hic n. 9. Wiestner n. 25. Reiffenstuel n. 30. Sumitur 1. ex c. de eo 5. caus. 30. q. 1. ibi, Si autem conjuges legitimi, unus, aut ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de Fonte susciperent, si inupti permanere voluerint, bonum est; sin autem, gravis penitentia insidiatore injungatur, & simul maneant: ubi nota, quòd simul manere, & conjugio uti permittantur, si ambo ex industria fecerint, atqui hoc permitti non possit, si ita suscipiendo prolem ex Baptismo incurreretur impedimentum petendi debitum; nam tali casu uterque id incurrisset, & conf. neuter possit petere, utpote qui voluntarie contrahendo impedimentum cessissent mutuo sibi jure debitum petendi, aut eo jure fuissent privati à Canone. 2. Et præcipue ex c. si vir. 2. b. tit. ubi Pontifex Alexander III. ita suscipientibus ex Baptismo filios suadet continentiam, debiti tamen exactionem permittit utrique conjugati, tam ei, qui scienter prolem suam à Baptismo suscepit, quam innocenti æqualiter, quippe cum utrumque æquiparet quoad permissionem actuum conjugalium. Verba textus sunt: Non sunt ab invicem separandi, nec alteri debitum debent subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari, vel dolus. 3. Ex ratione; quia causa usum conjugij tali casu permittendi utrique conjugati iustissima fuit, evidens videlicet, & manifestum periculum incontinentiæ, & periculum animæ, in quo versaretur is, qui in eodem lecto cum conjugate dormire cogeretur sine jure exigendi debitum: quod periculum merito probat, privationem Juris petendi debitum hoc casu non esse asserendam sine aperto Juris textu, qualis tamen, qui hodie viget, in proposito dubitationis casu nullus reperitur.

Ad Argumenta n. 47. allata facilis est responsio. Ad 1. § 2. Textus illi solum probant de Jure antiquo, & quidem plus, quam Adversarij vellent; nam illo Jure non solum illi, qui prolem suam scienter ex Baptismo suscepit, sed etiam illi, qui igno- rante, jus petendi debitum conjugale abla- tum fuit. Verum hic antiquorum Cano- num rigor fuit temperatus Jure novo c. si vir cit. ubi ab ipsis recessum est, ut agnoscat ipse Sanch. D. 26. cit. n. 7. qui propterea fa- tetur, se DD. duntaxat autoritate niti. Ad 2. Illo textu reprehenditur malitia illorum, qui, quod odissent conjuges suos, levabant suos liberos ex Baptismo, vel Confirmatio- ne, & pretextu Cognationis Spiritualis in- de contractæ, volebant illos fraudare jure suo: contra quos Pontifex pronuntiat, eos adhuc obligari ad reddendum debitum, non tamen negat, quod illud etiam possint pete- re. Ad 4. Esto, quod Spiritualis Cognatio, quantum Jure potest, contrahatur hoc casu, effectum tamen, seu vim privandi ju- re debitum exigendi moderno Jure non ha- bet, quippe quo, ut vidimus, antiquorum Canonum rigor correctus est. Ad 5. Quod per affinitatem, ortam ex commercio car- nali cum consanguinea conjugis, & per Pro- fessionem Religiosam, aut susceptionem SS. Ordinum incuratur privatio Juris petendi debitum, in Jure clarè exprimitur: de Affi- nitate quidem c. si quis 1. & c. transmissa 4. de eo, qui cognovit § 6. de Voto solenni au- tem c. quidam 3. & c. placet 12. de convers. conjugat, tam clari textus moderni Juris non habentur de privatione juris petendi debi- tum in eo, qui prolem suam ex Baptismo suscepit.

Quæritur 7. An dicta Cognationis impedimentum contrahatur etiam a Laico, baptizante privatim, & in necessitate ali- quem extraneum, qui non est ipsius filius? Negant aliqui, quos tacito nomine refert Paludan, in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. concl. 4. n. 9. & rationem dubitandi facit 1. resolutio Quæstionis præcedentis; nam, ut n. 42. dictum est, Cognationis istius impedimen- tum non contrahunt parentes, si eo casu libe- ros suos baptizant. 2. Paritas rationis; quia ut habetur can. ad limina 7. caus. 30. q. 1. is, qui proprium filium in necessitate bapti- zat, non arcetur à petitione debiti, quod injustum sit propter actum præcepti pœ- nam subire: quæ ratio æquè militat in casu proposito; si enim ob id inter baptizan- tem, & baptizatum, ejusque parentes ori- retur Cognatio Spiritualis, privaretur per actum præcepti libertate ineundi Matrimonij cum illis, ac proinde pœnam incurreret. 3. c. fin. b. tit. ibi, Pro eo, quod ipsum pater mulieris ejusdem, qui Sacerdos extitit, baptiza- vit, ponderatur, baptizantem fuisse Sacer- dotem, ut Cognatio Spiritualis contrahere- tur, igitur si Laicus sit, non contrahetur.

R. P. Schmalzgruber L. IV.

Sed dicendum, Cognationem istam induci etiam per Baptismum privatim collatum in necessitate à Laico. Ita Abb. in c. fin. cit. n. 8. Bellam. in c. 1. de convers. infidel. n. 2. Brunell. de Sponsal. concl. 20. n. 20. Navar. Man. c. 22. n. 40. fin. Covar. de Sponsal. p. 2. c. 6. §. 4. n. 4. Henric. l. 12. de Matr. c. 11. n. 1. Sanch. l. 7. de Matr. D. 62. n. 10. Pont. l. 7. c. 41. n. 5. Gu- tier. de Matr. c. 100. n. 7. § 11. Perez D. 29. sect. 3. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 6. Bosco de Imped. Matr. sect. 5. concl. 5. Fagnan. in c. si vir. cit. n. 6. Barbof. in c. fin. cod. n. 2. Wagnereck ibid. in Exeges. Passerin. in c. 1. n. 5. in 6. Zœl. hic n. 9. Ho- nor. n. 1. Engl. n. 7. Pirhing n. 39. Scham- bog. n. 32. König n. 12. v. ubi. Wiestner n. 18. Reiffenstuel n. 14. Magnif. P. Schmier p. 3. de Matr. c. 3. n. 234. Ratio est, quia Ju- re expressum est, Cognationem Spiritualem oriri ex vero Baptismo, neque distinguitur inter baptismum collatum solemniter, & non solemniter, à Laico, vel Presbytero, igitur dicendum, in utroque Cognationem hanc contrahi; nam in utroque baptizatus verè regeneratur spiritualiter, propter quam re- generationem Jus Ecclesiasticum introduxit hanc Cognationem.

Proceditque hoc etiam in Sponsis de futuro; nam si istorum aliquis, etiam in necessitate, baptizet prolem suæ Sponsæ, contrahit Impedimentum Cognationis Spi- ritualis, ita, ut cum illa Matrimonium sine dispensatione inire non possit, saltem, si sciat, eam esse prolem suæ Sponsæ. Navar. Man. c. 16. n. 34. Laym. n. 6. cit. Pirhing n. 39. fin. Hinc disparitas est inter eum, qui baptizat prolem suæ Sponsæ de futuro, & inter illum, qui baptizat prolem suæ uxoris, vel suam communem: nam hic, præsertim si in ne- cessitate baptizet, secundum dicta n. 42. non incurrit Impedimentum petendi debi- tum; quia ipsi post nuptias quæsitum est jus petendi debitum, & si quando hoc Jure pri- vatur, privatur in pœnam, quam nemo in- currit absque culpa. Inter solutos autem, seu nondum Matrimonio ligatos Cognatio Spiritualis non censetur pœna, sed moralis inhabilitas ad Matrimonium ex dispositione Juris Canonici, qualis inhabilitas etiam sine culpa potest contrahi, Laym. c. 8. cit. n. 7. sed causam.

Ex quo patet responsio ad Argumen- ta opposita. Ad 1. Inter Conjuges Ecclesia noluit induci Cognationem Spiritualem, quæ obstat petitioni debiti, quod æquum non sit, conjugem, saltem, dum sine culpa, & in necessitate prolem suam baptizat, incurrere propterea damnum, & privationem Juris exigendi debitum: quæ ratio non urget in casu Quæstionis præsentis. Ad 2. Cognatio Spiritualis inter solutos, quæ subsequens Matrimonium dirimit cum baptizata, & ejus parentibus, ut n. præc. dictum est, nul-

N n 2

nul-

nullatenus habet rationem poenae, sed inhabilitas quaedam est, Jure Ecclesiae ob Conjunctionem hanc Spiritualem inducta, ut adeo mirum non sit, quod contrahatur, nullam praecedente culpa. Ad 3. in c. fin. cit. tantum narratur factum, nec vis ad contrahendam Cognationem Spiritualem ponitur in Sacerdotio Ministri baptizantis.

84 Quæritur 8. An ejusdem Cognationis impedimentum contrahat privatim baptizatum suscipiens ex Baptismo? Negant Sor. in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Sanch. l. 7. de Matrim. D. 62. n. 14. Gutier. de Matr. c. 100. n. 7. Palao tr. 19. D. n. p. 11. §. 2. v. 12. Perez D. 29. sect. 3. n. 7. Barbof. in c. fin. h. tit. n. 3. Passerin. in c. 1. n. 6. eod. in 6. Sporer de Matr. n. 29. Engl. hic n. 7. König n. 14. v. attamen. Rationem dant, quia levatio, & susceptio baptizati in Ecclesia instituta est ut ceremonia Baptismi solennis. atqui solennitas in Baptismo privato non adhibetur, igitur nec levatio, & susceptio baptizati necessariò adhibebitur, vel si adhibetur, non habebit rationem ceremoniae, ut ab Ecclesia est instituta: cons. sic levantes non erunt veri Patrini, quippe cujus officium obitur in solo Baptismo solenni.

85 Sed melius fit distinctio: Vel enim in Baptismo privato infans solum tenetur materialiter, vel formaliter. Si primum, ut urgente necessitate, plerumque fit, Spirituales Cognatio non inducitur ex communi DD. Si secundum, & ita tenens habeat animum obeundi munus Patrini, prout ab Ecclesia hoc institutum est, & subeundi illius obligationem, à sic levante contrahitur impedimentum Cognationis Spiritualis, ut probabilius docent Navar. Man. c. 22. n. 4. Suar. 3. p. q. 67. de Baptism. n. 8. Gutier. de Matr. c. 100. n. 7. Pont. l. 7. c. 40. n. 5. Cornik D. 32. n. 39. Tanner. tom. 4. D. 8. q. 4. dub. 4. n. 67. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 5. Pirhing hic n. 36. §. 39. Wiestner n. 20. Reiffenstuel n. 22. Magnif. P. Schmier p. 3. de Matr. c. 3. n. 239. Ratio est, quia Jura generaliter dicunt, Cognationem Spiritualem contrahi ab eo, qui baptizatum verè tenet, & suscipit, recipiendo in se pro illo munus Sponsoris, aut fidejussoris, neque distinguunt inter baptizatum solenniter vel privatim. atqui talis verè tenet baptiza-

tum, sitque pro eo Sponsor, aut fidejussor, ergo licet Baptismus conferatur solum privatim, contrahet impedimentum Cognationis Spiritualis.

Ad rationem dubitandi Patrini in Baptismo interveniunt non præcisè ut ceremonia ad solennitatem, sed ut fidejussores, & Sponsores: quod officium cum subeant etiam in Baptismo privato, licet in eo non adhibeantur necessariò, etiam ex hoc Cognationem Spiritualem contrahent, quippe cum hanc inducat non tam solennitas, quam ipsa susceptio in Baptismo, sponsioque, & fidejussio, atque ex his orta obligatio susceptum in doctrina fidei Christianæ, & bonis moribus instruendi, si alij istud non faciant.

Quæritur 9. Quis dispensare possit in Impedimento Cognationis Spiritualis? n. in hoc dispensat solus Pontifex, Zoesl. tit. 14. n. 39. quia est impedimentum dirimens Jure communi, de quo inferior non disponit: & quidem si Cognatio proveniat ex Comparentitate, facillè dispensatio impetratur, modo subsit justa causa. Si verò proveniat ex Paternitate, dispensatio vel nunquam, vel difficillimè obtinetur, eò quod indecentius sit contrahere cum filia Spirituali, quam cum Comparente, vel Commatre; nam regeneratio Spiritualis, ex qua hæc Cognatio oritur, assimilatur generationi carnali, quæ dispensationem in linea recta omnino non admittit. Sanch. l. 8. de Matr. D. 24. n. 15. Vincent. de Jult. de Dispens. Matr. l. 2. c. 5. n. 72. Clericat. decis. 23. n. 32. Honor. n. 11. hic, König n. 20. Pontius tamen l. 8. c. 17. §. 5. n. 28. scribit, à Gregorio XIV. cum Patre, & filia Spirituali dispensatum esse, sed successu infauso, dum proles ex Matrimonio, inter eos contracto, suscepta, brevi post partum intervallo, exspiravit.

Et hinc, quia in Paternitate difficilius dispensatur, quam in Comparentitate, in Supplicatione ad impetrandam Dispensationem circa Impedimentum Cognationis Spiritualis necesse est exprimere provenientiam hujus Impedimenti, ut sciri possit, an Dispensatio petatur super Paternitate, aut super Comparentitate, Zoesl. tit. 14. n. 41. König l. cit.

86 Quæritur 10. An Cognatio Spiritualis inducitur ex Matrimonio contracto inter baptizatum & non baptizatum? Negant Sor. in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Sanch. l. 7. de Matrim. D. 62. n. 14. Gutier. de Matr. c. 100. n. 7. Palao tr. 19. D. n. p. 11. §. 2. v. 12. Perez D. 29. sect. 3. n. 7. Barbof. in c. fin. h. tit. n. 3. Passerin. in c. 1. n. 6. eod. in 6. Sporer de Matr. n. 29. Engl. hic n. 7. König n. 14. v. attamen. Rationem dant, quia levatio, & susceptio baptizati in Ecclesia instituta est ut ceremonia Baptismi solennis. atqui solennitas in Baptismo privato non adhibetur, igitur nec levatio, & susceptio baptizati necessariò adhibebitur, vel si adhibetur, non habebit rationem ceremoniae, ut ab Ecclesia est instituta: cons. sic levantes non erunt veri Patrini, quippe cujus officium obitur in solo Baptismo solenni.

87 Quæritur 11. An Cognatio Spiritualis inducitur ex Matrimonio contracto inter non baptizatum & non baptizatum? Negant Sor. in 4. dist. 42. q. 1. art. 1. Sanch. l. 7. de Matrim. D. 62. n. 14. Gutier. de Matr. c. 100. n. 7. Palao tr. 19. D. n. p. 11. §. 2. v. 12. Perez D. 29. sect. 3. n. 7. Barbof. in c. fin. h. tit. n. 3. Passerin. in c. 1. n. 6. eod. in 6. Sporer de Matr. n. 29. Engl. hic n. 7. König n. 14. v. attamen. Rationem dant, quia levatio, & susceptio baptizati in Ecclesia instituta est ut ceremonia Baptismi solennis. atqui solennitas in Baptismo privato non adhibetur, igitur nec levatio, & susceptio baptizati necessariò adhibebitur, vel si adhibetur, non habebit rationem ceremoniae, ut ab Ecclesia est instituta: cons. sic levantes non erunt veri Patrini, quippe cujus officium obitur in solo Baptismo solenni.



S. II.

De Cognatione Spiritualis, orta ex Catechismo

SUMMARIUM.

59. Catechismus quid?
 60. In Jure dicitur Pabulum sacrae fidei.
 61. Hodie Patrinus Baptismi est etiam Patrinus in Catechismo.
 62. Oritur ex eo Cognatio quedam Spiritualis.
 63. Sed imperfecta, & impediens, non dirimens Matrimonium.

59 **Q**ueritur 1. Quid hic veniat nomine Catechismi? *u.* Catechismi nomine hic venit Instructio seu professio Fidei, quae ante collationem Baptismi praeforibus Ecclesiae super baptizando, vel istius nomine fieri consuevit etiam in hodierna Ecclesia, dum Sacerdos baptizans interrogat baptizatum, an Satanam renuntiet, an credat &c. & loco baptizati is, qui in Catechismo eundem tenet, ad singulas interrogationes respondet.

60 Catechismus iste *c. contracto s. b. tit.* intelligitur per Pabulum sacrae fidei; nam hac instructione durante, Sal benedictus ori baptizandi imponebatur, per quem significatur caelestis Sapientia, seu doctrina Christiana *can. sal. caelestis 65. de consecr. dist. 4.* & notat Gloss. marg. in *c. contracto cit. lit. A.* Pirhing *n. 4.* Schambog. *n. 12.*

61 Hodie is, qui baptizandum tenet in Baptismo, solet etiam esse Patrinus in Catechismo: in primis Ecclesiae Saeculis fuit ab hoc diversus, ut testis est Hyginus Papa, relatus *can. in Catechismo 100. dist. 4. cit.* ubi, *In Catechismo*, inquit, *Patrinus fieri potest, si necessitas cogit: non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singali suscipiunt.*

62 **Q**ueritur 2. An, & quibus casibus ex Catechismo oriatur Cognatio Spiritualis? *u.* ex Catechismo oritur Cognatio, sed imperfecta tantum, inter baptizatum, & eum, qui ipsum in Baptismo tenuit.

Dixi 1. Quod oriatur ex Catechismo Cognatio quedam Spiritualis; nam ita sumitur ex *c. contracto s. b. tit. & c. per Catechismum 2. eod. in 6.* Ratio est, quia Catechismus est quedam futuri Baptismi professio, ejusque initium, & est quedam regeneratio imperfecta per fidem, quam pro infante proficitur ille, qui tenet eundem in Catechismo, ferè sicut Sponsalia sunt initium Matrimonij: & hinc sicut ex Sponsalibus oritur Impedimentum publicae honestatis, quae est affinitas quedam imperfecta, ita etiam ex Catechismo merito oritur Cognatio Spiritualis imperfecta. Sanch. *l. 7. de Matr. D. 16. n. 2.*

64. Inter baptizatum, & eum, qui ipsum in Catechismo tenet.
 65. Impedimentum tamen istud per Tridentinum modo restrictum est.
 66. Et ita restrictum secundum aliquos adhuc manet.
 67. Sed melius tenetur negativa.
 68. Ex motu proprio Pij V. Declaratione Cardd. & consuetudine.

Dixi 2. Sed imperfecta tantum; quia Cognatio ista conjugium solum facit illicitum, non verò invalidum *c. contracto, & c. per Catechismum cit. S. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. art. 2. Durand. ibid. q. 1. art. 2. n. 8. Sanch. n. 2. cit. Vivian. in c. s. b. tit. pr. Barbof. ibid. n. 2. Gonzal. n. 4. post med. Passerin. in c. 2. eod. in 6. n. 1. & 3. Zos. hie n. 13. Honor. n. 12. Pirhing. n. 24. not. 2. Schambog. n. 13. Wiestner n. 34. Neque obstat, quod *can. si quis 3. caus. 30. q. 4. & can. in Catechismo 100. de consecr. dist. 4.* hæc tria, Baptismus, Confirmatio, & Catechismus æquiparentur; æquiparantur enim in eo, quod aliqua ex illis resultet Cognatio, non etiam, quod Cognatio illa eosdem habeat effectus; comparatio enim non fit in significatione univoca, & propria, sed tantum in inadæquata.*

Dixi 3. Inter baptizatum, & eum, qui ipsum in Catechismo tenet, ut habetur *c. cit.* Requiritur autem ad Cognationem hanc contrahendam, ut is Patrinus baptizandum, durante toto Catechismo teneat; & insuper ad Fidei interrogata respondeat, dum Sacerdos interrogat, an credat &c. Gloss. in *c. contracto cit. fin.* Veracrux *p. 1. specul. art. 22. dub. 4. concl. 2.* Palacios in *4. dist. 42. D. un. col. 31. fol. 918.* Sanch. *D. 10. cit. n. 3. & 4. cum alijs.* Parum autem interest, an Catechismus præcesserit Baptismum, an subsecutus eundem fuerit; nam Impedimentum hoc nuptiarum secundum multos DD. contrahit etiam ille, qui, ut hodie non raro fit, baptizatum in Catechismo tenet, quando, Baptismo ob necessitatem jam ante collato domi, Ceremoniae suppleantur in Ecclesia. Laym. *l. 5. tr. 10. p. 4. c. 15. n. 2.* Perez *de Matr. D. 23. sect. 3. n. 1.* Gonzal. in *c. 5. cit. n. 4. v. Catechismus enim*, Passerin. in *c. 2. eod. in 6. n. 4.*

Queritur 3. An Impedimentum hoc Catechismi hodie per Trid. *sess. 24. c. 2. de reform. Matr.* sublatum sit? Certum est, saltem restrictam esse Cognationem, ex illo ortam, ad gradum primum, ad quem eo Decreto Tridentini contracta est Cognatio ex
 N n 3 Bap-

Baptismo orta, ut pluribus alijs *citt.* notat Sanch. l. 7. de Matr. D. 10. n. 10. Neque obstat, quòd Catechismi in eo Decreto nulla fiat mentio; nam sufficit Cognationem ex Baptismo ortam ita restrictam esse. Ostenditur ex generali principio; nam quando duo sic se habent, ut alterum sit mensura, & alterum res mensa, Lex corrigens, vel limitans mensuram, censetur pariter corrigere, & limitare rem mensam, si eadem ratio in utrisque militet, ut exemplis adductis probant Domin. in c. 1. n. 9. fall. 5. de tempor. ordin. in 6. & ibi Franc. n. 8. limit. 9. atqui Cognatio Baptismi mensura est ejus, quæ oritur ex Catechismo, & licet ista non æquæ, ac illa dirimat Matrimonium, tamen quoad vim impediendi sunt pares. ergo &c.

66 Difficultas est, an Impedimentum Catechismi sit omnino sublatum per Decretum Trid. *cit.* Ant. Cuchus l. 5. *Infl. major. tit. 12. n. 17.* Angles *florib. p. 1. de Matr. q. 11. de Imped. Ordin. art. 2. pr.* Tolet. l. 7. *Summ. c. 14. fin.* Lud. Lop. p. 2. *Instruct. de Matr. c. 46. Imped. 4. § c. 51. col. 3. pr.* Palacios in 4. *dist. 42. D. un. col. 29. § 30. fol. 927.* Barth. à Ledesm. *de Matr. dub. 46. edit. 1. Perez D. 23. sect. 3. n. 4. Rebell. l. 3. de obl. Just. q. 18. n. 21.* volunt Impedimentum istud, quatenus restrictum ad primum illius gradum, adhuc manere. *Moventur* ferè unica, sed non levi ratione, quia Decretum hoc Tridentini est Juris antiqui correctorium; ac proinde cum expressè non auferat hanc Cognationem, ad illam extendi non debet, sed tanquam casus omissus relinqui debet sub dispositione Juris communis. *Conf.* In Decreto illo solum agitur de Matrimonijs, contra Ecclesiæ prohibitionem ignoranter contractis, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dissolvuntur. atqui tale non est Matrimonium, in initum cum Impedimento Catechismi, hoc ipso, quòd valeat, & sine peccato in eodem perseveretur. ergo &c.

Sed dicendum, per *cit.* Tridentini

67 Decretum Impedimentum Cognationis Spi-

ritualis, ortæ ex Catechismo, fuisse omnino sublatum. Ita præter alios præcipui nominis DD. defendunt Henriq. l. 2. de Baptism. c. 15. n. 4. & l. 12. de Matr. c. 2. n. 1. Sanch. l. 7. de Matr. D. 10. n. 12. Gutier. c. 24. n. 6. Pont. l. 6. c. 11. n. 3. Vivian. in c. 5. h. tit. § bodie, Gonzal. *ibid.* n. 4. *fin.* Barbof. n. 3. Wagnereck in *Exeg. Passerin. in c. 2. eod. in 6. n. 7.* Vallens. *hic n. 7.* Zoel. n. 14. Honor. n. 12. Pirhing n. 25. Schambog. n. 19. Wiefner n. 36. Reifensuel n. 3. qui propterea Parochos monent, ut in libro, quo Patrimonios describunt, expriment, an in ipso Baptismo, vel Catechismo intervenerint, quòd aliàs non constet, an contraxerint Impedimentum Matrimoniale. Ratio responsionis est, quia Trid. in Decreto *cit.* Impedimentum Cognationis Spiritualis, ortum ex Baptismo, stabilivit solum inter baptizantem, & ex Sacro Fonte levantem ex una, & inter baptizatum, & hujus parentes ex altera parte, cætera verò Cognationis Spiritualis Impedimenta omnino sustulit, ut patet ex verbis Tridentini, quæ Cognationem Spiritualem generaliter complectuntur. igitur sublatum per illud Decretum etiam est Impedimentum Cognationis Spiritualis, ortæ ex Catechismo.

Conf. Ex Motu proprio S. Pij V. ex 68 Declaratione Cardd. Trid. Interp. & ex consuetudine, quæ Juris dubij optima interpretis est; nam hac saltem Impedimentum Catechismi abolitum esse penitus testis est ex Adversarijs Perez l. *cit.* n. 6. Quare si nunc alius, à Patro Baptismi distinctus, levet baptizandum ex Catechismo, licitè, & validè contrahi inter eos Matrimonium poterit.

Neque obstat Argumentum contrarium cum sua *Confirmatione*; quia in Decreto illo satis clarè derogatum est Juri antiquo, dum ibi Concilium generaliter exclusit Impedimentum Cognationis Spiritualis inter personas alias, quàm memora-

tas in eo Decreto.

§. III.

De Patrinis, horum Officio, & Obligatione.

S U M M A R I U M.

69. Officium Patrinorum.
 70. Necessitas.
 71. Obligatio.
 72. Conditiones ad munus hoc requisite.
 73. Obire id possunt baptizati omnes, nisi specialiter prohibeantur à Jure.
 74. Quinam specialiter prohibeantur?
 75. 76. 77. An Catholicus, rogatus ab Acatolico, prolem istius, que à Ministro Heretico baptizatur, licet possit ex Baptismo suscipere?
 78. 79. An vice versa à Patre Catholico adhiberi possit Patrinus Hereticus?
 80. 81. 82. Quot adhiberi patrinus possint?
 83. A quo designandi?

Quæritur 1. Quid sit Officium Patrinorum? *¶* duplex est, unum, in Baptismo, ut baptizandum in eo teneat, ex eoque levet; alterum, ut in doctrina, & vita Christiana eundem instruat, saltem si id non præsentent parentes eorum carnales, Ludimagistri, Catechista, & alij similes S. Thom. 2. p. q. 67. art. 8. Suar. in 3. p. q. 72. art. 10. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 1. Conink D. 32. n. 29. not. 1. Palao tr. 19. D. un. p. 11. §. 1. n. 2. Schambog. hic n. 27. Wiestner n. 10. Reiffentuel n. 29. Hinc varia in Jure, & à SS. PP. acceperunt nomina; nam 1. à S. Augustino, prout refertur *can. vos ante omnia 105. de consecr. dist. 4.* dicuntur *Susceptores*; quia Patrinus de manu baptizantis baptizatum suscipit erudiendum. 2. à S. Dionysio l. 2. de eccl. Hierarch. dicuntur *Fidjussores*, & à Tertull. l. de Baptism. c. 3. & 18. appellantur *Sponsors*; quia levando baptizatum de Sacro Fonte tacite fidejudent, & spondent, illius curam se habituros. 3. à S. Augustin. *Epist. 23. ad Bonifac.* vocantur *Fidei Doctores*; quia baptizatum docere debent Fidem, quam in Baptismo professus est. 4. à S. Thom. l. cit. art. 7. nuncupantur *Pædagogi Spirituales*; quia puerum instituere debent in Fide, ejusque vestigia dirigere. 5. Denique communiter saluantur *Compateres*, & *Patrini*, prout fecit S. Hyginus Pontifex, relatus in *can. in Catechismo 100. de consecr. dist. 4.* & S. August. *serm. 106.* quia Patrinus simul cum baptizante Spirituales pater est baptizati, illumque in fide gignit.

Quæritur 2. An Patrinus in Baptismo necessario adhibendus sit? *¶* in Baptismo solenni ex antiquissimo Ecclesiæ usu necessario adhiberi debet; in privato intervenire quidem potest, sed non necessario. *Rationem* hujus institutionis optime dat S. Thom. q. 67. art. 7. ex similitudine, quam habet

84. An casu, quo nullus est designatus, si plures baptizatum tangant, Cognationem omnes contrahant?
 85. *Sc.* Quid si plures à parentibus designentur, & à Parocho admittantur?
 89. 90. 91. An qui levat filium Titij, per errorem existimans eum esse filium Cajj, cum uno istorum Cognationem contrahat?
 92. An munus Patrini obiri possit per Procuratorem?
 93. *Sc.* Et quis eo casu Cognationem contrahat?
 97. *Sc.* Quid si munus Patrini per Procuratorem obeat Communitas?

Baptismus cum generatione carnali: nam sicut parvulus nuper natus indiget nutrice, & pædagogo, sic spiritualiter natus per Baptismum indiget aliquo, qui fungatur vice nutricis, & pædagogi informando, & instruendo eum quasi Novitium in fide de his, quæ pertinent ad fidem, & vitam Christianam; non enim, qui parvulo confert Baptismum, & spiritualiter eum gignit, potest semper hoc munus per seipsum obire, eaque de causa decuit alium designari, qui hanc obligationem susciperet.

Quæritur 3. Quanta sit obligatio Patrini ad instruendum baptizatum à se susceptum? *¶* ex communi apud Palao tr. 19. D. un. p. 11. §. 2. n. 2. gravis est, & sub peccato mortali; est enim de præcepto Ecclesiæ, ut colligitur ex *can. vos ante omnia cit. can. ita diligere 1. caus. 30. q. 3.* & expressè ex Leone II. in *Concil. Mogunt. c. 47.* ibi, *Deinde præcipimus, ut unusquisque Compater, vel proximi spirituales filios suos Catholicos instruant*: quod præceptum, cum sit in re gravi, conf. graviter obligat. Hac tamen obligatione, ut cum alijs monet Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 1. Patrinus solum tenetur, dum baptizatus rudis est in doctrina Christiana, quo semel bene instructo, cessat obligatio; quia non amplius ille parvulus est, & pædagogo indigens. Excusatur autem omnino Patrinus ab obligatione ista, si probabiliter credat baptizatum à suis parentibus, magistris, vel dominis diligenter esse instruendum: ex quo infert Palao n. 2. cit. hac obligatione raro teneri Patrinos in terris fidelium; secus in Regionibus infidelium, vel Hæreticorum, & maxime si parentes baptizati infideles, vel Hæretici sint.

Quæritur 4. Quinam Patrini esse possint? *¶* Patrinus, seu Susceptor esse potest quilibet baptizatus, rationis compos, sive

five vir, five foemina fit, modò ea faciat, quæ ad Patrini munus ex dictis *suprà* à n. 36. requiruntur. Adeoque ut simpliciter aliquis adhiberi Patrinus possit, requiritur 1. ut sit Baptizatus; quia ad instruendum in fide idoneus non est, qui fidem in Baptismo ipse non suscepit *can. in Baptismo 102. de consecr. dist. 4. ubi non confirmatus etiam non admittitur in Confirmatione. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 2. Palao tr. 19. D. un. p. 11. §. 1. n. 3. Schambog. hic n. 27. Reiffenstuel ibid. n. 28. Vincent, Petra tom. 2. comment. fol. 442. n. 13.* 2. Ut sit rationis compos; quia qui usu rationis caret, nec fidei iurare pro baptizato valet, nec obire munus instructoris. *Abb. in c. debitum 4. de Baptismo. n. 3. Navar. conf. 2. §. 3. b. tit. Conink D. 32. n. 25. Zoes. hic n. 5. Pirhing n. 34. Wiestner n. 1. cum cit.* 3. Ut intentionem habeat obeundi munus Patrini, nempe exercendi actum illum ab Ecclesia institutum. *Abb. in c. 2. b. tit. n. 4. Sanch. l. 7. de Matr. D. 58. n. 4. Sporer p. 4. c. 1. sect. 1. n. 93. Reiffenstuel hic n. 25.* 4. Ut hac intentione per se, vel per alium rangat baptizatum. *Sanch. Laym. Pirhing, Wiestner l. cit.*

73 Quæritur 5. Quinam licet munus Patrini obire possint? R. licet munus Patrini obire possint generaliter Christiani omnes ratione utentes, nullo discrimine ætatis, vel sexus *can. vos ante omnia 105. de consecr. dist. 4. c. nedum 1. b. tit. in 6. nisi specialiter ab hoc officio arceantur à Jure.* Adeoque Patrinus potest esse etiam puer, modò sit rationis compos, etiam respectu adulti; neque enim certa ætas ad hoc munus requiritur, ut cum aliis notant Henricus. *l. 12. c. 11. n. 2. Sanch. l. 7. de Matr. D. 61. n. 3. §. 4. Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 2. Palao tr. 19. D. un. p. 11. §. 1. n. 3.* Item non prohibetur etiam foemina suscipere ex Baptismo marem, quamvis hoc minus deceat, præsertim si suscipiendus sit adultus. *Pont. l. 7. c. 37. n. 3. Palao n. 3. cit.* Hinc usus obtinuit, ut quando unus tantum adhibetur Patrinus, in Baptismo maris adhibeatur mas, in Baptismo foemina foemina. *Laym. l. cit. n. 4.*

74 Addidi, nisi specialiter ab hoc officio arceantur à Jure; nam plures sunt, qui valide quidem munus Patrini obire possunt, sed non licet. Et tales sunt 1. Hæretici, & Apostatae: & merito; quia illis, utpote à veritate deviantibus, fidere Ecclesia non potest, quòd susceptum ritè sint instructuri. *Laym. n. 2. præterea, Palao n. 7. Gonzal. in c. sn. b. tit. n. 6.* 2. Pœnitentes publici, & moribus infames, ne potius baptizandum pervertant, quàm in bonis moribus instruant. *Sanch. l. 7. D. 60. n. 2. Laym. l. cit. Pal. n. 6. Wiestner n. 12. hic.* 3. Excommunicati vitandi *arg. can. qui merito 29. can. nihil 34. Sc. caus. 11. q. 3. c. significavit 16. & c. nuper 29. Sc. defent. Excomm. 4. Parentes respectu propriæ proles can. perveni.*

1. *can. nôsse 3. Sc. caus. 30. q. 1.* 5. Religiosissimi utriusque sexus *can. perveni 20. §. ne ergo caus. 18. q. 2. can. non licet 103. & can. seq. de consecr. dist. 4. ne scilicet prætextu Cognationis Spiritualis nimiam familiaritatem contrahant cum Sæcularibus, præsertim foeminis. Rodriq. tom. 2. Regul. q. 58. art. 3. Sanch. l. 7. de Matr. D. 60. n. 21. Laym. c. 9. cit. n. 3.* Excipitur Religiosus ad dignitatem Episcopalem evehctus, ut cum *citt. advertit Pal. n. 4. Zoes. hic n. 8. Pirhing n. 34. Schambog. n. 28. Wiestner n. 12.* Ratio Exceptionis est, quia in Episcopo non subest tale periculum nimia familiaritatis, & incontinentiæ.

Quæritur 6. Utrum Catholicus, si rogatus sit ab Acatolico, prolem istius, quæ à Ministro Hæretico baptizatur, licetè possit ex Baptismo suscipere? Videtur non posse. 1. quia hæc est communicatio cum Excommunicato, & quidem in Sacris, quæ Catholicis est interdicta respectu Hæreticorum, 2. quia ratione hujus levationis Cognationem Catholicus Patrinus contrahit cum baptizati Parentibus Hæreticis, 3. quia Lutherani Hæretici, licet substantialia Baptismi observent, accidentales tamen Ecclesiæ ceremonias per contemptum omitunt, & loco earum concionem habent, quam eorum consuetudinem Patrinus Catholicus assistendo tali Baptismo approbare videtur, non sine scandalo, vel fortassis etiam tacita aliena fidei professione.

Sed dicendum, in Germania nostra⁷⁶ saltem hoc fieri licetè posse, modò Baptismus conteratur rite. Ita *Laym. l. 5. tr. 2. c. 9. n. 6. Pirhing hic n. 41. Schambog. ibid. n. 35.* & habet quorundam locorum, ubi Hæretici Catholicis admixti degunt, consuetudo, quæ secundum præfatos DD. improbari non debet. Ratio est, quia Patrinus Catholicus, dum suscipit baptizatum à Ministro Hæretico, nullo modo cooperatur ad indebitam Baptismi administrationem; nam, ut supponitur, quoad substantiam administratur ritu Catholico, etiam à Prædicante, & Catholicus Patrinus facit, ut talis Baptismus, qui indebitè, seu non servatis accidentalibus Ecclesiæ ceremonijs, ab Hæretico ministratur, administratur minus malè, & incompletè, dum expressè, vel tacitè, & ipso facto protestatur, se baptizatum instructurum in vera fide.

Neque obstant Argumenta contraria. Ad 1. Post *Extrav. Conc. Constant.* communicatio cum Hæreticis, & alijs nominarim non denunciatis, non est fidelibus interdicta, nec in Sacris, nec in Politicis rebus, modò non fiat in Exercitio Hæretico, quale hic non fit; quia Patrinus Catholicus non alia in re communicat, quàm quòd puerum, qui jam per Baptismum effectus est Ecclesiæ Catholice filius, nomine ejus in suam curam suscipiat. Ad 2. Si talis Cog-

natio, seu Comaternitas obesse deberet, quo minus Catholicus licite posset suscipere baptizatum ab Hæretico, aut filium hominis Hæretici, impedire etiam deberet, quo minus Catholicus baptizare posset filium hominis Hæretici, quandoquidem etiam cum ipso contrahitur Cognatio Spiritualis. Ad 2. Patrinus Catholicus hoc casu non approbat modum baptizandi, quem Hæretici à Catholicis diversum adhibent, sed facit, ut minus male is ministraretur, ut dictum est *n. præc.* Si scandalum periculum foret, tolli hoc posset, protestatione à Catholico Patrino præmissa, quod baptizatum suscipere velit, ut Patrinus Catholicus, eum, quando opus habuerit, Catholicè informaturus, quatenus id ipsi possibile erit.

78 Quæritur 7. An vice versa, cum proles Catholica à Sacerdote Catholico baptizatur, admitti possit Patrinus Hæreticus? *n. ordinariè, & sine gravi causa, ac necessitate id fieri non posse licite.* Laym. *l. 5. tr. 2. c. 9. n. 7.* Palao *tr. 19. D. un. p. 11. §. 1. n. 9.* Schambog. *bic n. 32.* quia, ut *n. 74.* dictum est, non potest esse idoneus Patrinus ad instruendum baptizatum in fide Catholica.

Dubium est, an id fieri possit ex gravi aliqua causa, e. g. quia aliàs Baptismus conferri deberet sine omni Patrino, contra universalis Ecclesiæ consuetudinem, & cum non parvo scandalo, ac multorum querela? Ratio primum allata videtur probare, etiam hoc casu illicitè adhiberi Patrinum Hæreticum. Sed revera istud non probat; esto enim, ipsi non sint idonei instructores veræ fidei, munus tamen in hac instruendi nunc, etiam apud Catholicos, ferè non Patrinus incumbit, sed exercetur à Ludimagistris, vel Parochis.

79 Quare dicendum, ex gravi ejusmodi causa permitti posse in locis, ubi Catholici cum Hæreticis permixti vivunt, ut proles, dum baptizatur à Sacerdote Catholico, teneatur à Patrino Hæretico. Laym. *n. 7. cit.* Palao *n. 2.* Pirhing *bic n. 42.* Schambog. *n. 32.* ubi addunt, quod Sacerdos baptizans hoc casu palàm edicere debeat, hunc infantem in fide Catholica baptizari, & instruendum in eadem esse, nec Patrinus id impedire debere. Ratio responsionis est; quia Hæreticus est absolutè capax obcundi munus Patrini, ita, ut ex eo Cognationem spirituales contrahat, cum sit baptizatus, ut dictum est *suprà n. 27.*

80 Quæritur 8. An plures in baptismo, & Confirmatione intervenire Patrini possint, & an casu, quo plures sunt, inter omnes contrahatur Cognatio Spiritualis? *n. distinguendum esse inter Jus antiquum, & novum Tridentini. Convenit quidem utrumque Jus in hoc, quod utroque prohibitum fuerit, plures adhiberi Patrinus, ut patet ex *can. non plures 101. de consecr. dist. 8. P. Schmalzgrueber l. 17.**

4. & c. *fin. h. tit. in 6.* Disconveniunt autem in duobus.

Primum est, quod Jure antiquo in Baptismo, & Confirmatione licitum fuerit adhibere tantum unum, vel unam; Jure autem novo Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Matr. in Baptismo liceat adhibere unum, & unam, scilicet marem, & feminam, ibi: sacra Synodus statuit. ut unus tantum, sive vir, sive mulier juxta ss. Canonum statuta, vel ad summum unus. Et una baptizatum de Baptismo suscipiant. Ex quo sequitur, minimè permissum esse, ut duo viri, aut duæ feminae munus Patrini obeant; sed si duo adhibentur, sexus esse diversi debent, ut notat Cucchus *l. 5. iust. major. tit. 2. n. 90. & tit. 14. n. 25.* Tolet. *l. 2. Summ. c. 23. n. 4.* Suar. *s. p. q. 67. art. 2. col. 2. §. sed quæres, Sanch. l. 7. de Matr. D. 57. n. 4.* & teste Cuccho declararunt Cardinales. Ratio est congruentissima, ut generatio spiritualis carnalem imitetur, in qua nec duo patres, nec duæ matres reperiuntur, sed unus pater, & una mater. *Excipitur, si unus vir esset Procurator mulieris; tunc enim duo viri admitti possent.* Passerin. *in c. fin. h. tit. in 6. n. 2.* Vincent. Petra *tom. 2. comment. fol. 442. n. 9.*

*Alterum est, quod Jure antiquo, si adhibiti fuissent plures Patrini, omnes contraherent Cognationem spirituales, ut habetur c. *fin. cit.* nam quamvis aliàs actus, contra Legem factus, regulariter non valeat *l. non dubium 5. C. de LL.* in hoc tamen casu Lex non tollit actum, sed imponit duntaxat poenam Parocho, admittenti plures Patrinus, Jure novo tamen Trid. *l. cit.* si alij, præter designatos, baptizatum tetigerint, Cognationem spirituales ab ipsis non contrahi decisum est. Neque potest in hoc Conciliari Decreto Episcopus dispensare, ut plures duobus Patrini adhibeantur, vel ut ij sint duo viri, aut duæ feminae; quia juxta communem Regulam Episcopus dispensare nequit in præcepto Pontificis, vel Concilij generalis, nisi in casu urgentis necessitatis, & ubi ad ipsum Pontificem non patet aditus. atqui in casu præsentis nulla potest excogitari necessitas, imò nec convenientia, ut plures, quàm duo designentur Patrini, aut duo viri, vel duæ feminae, cum potius expediat, unicum tantum esse Patrinum. Sanch. *l. 7. de Matr. D. 57. n. 7.* Rebell. *de oblig. Just. p. 2. append. ad l. 4. n. 29.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 30. n. 41.* Palao *tr. 19. D. un. p. 11. §. 2. n. 2.**

Quæritur 9. Ad quem pertineat designare Patrinus? *n. hoc pertinet ad parentes baptizandi, vel si illi non designent, ad Parochos.* Barbof. *in c. fin. h. tit. in 6. n. 3.* Passerin. *ibid. n. 3.* Pirhig *bic n. 30.*

Dubium est, an casu, quo nullus designatus Patrinus est ex negligentia parentum,

O

tum,

tum, vel Parochi, si multi simul tenendo tangant baptizandum, vel de Sacro Fonte suscipiant, ab istis contrahatur Cognatio Spirituales, & à quibus? Duplex est Sententia, probabilius utraque. Prima vult, hoc casu Cognationem Spiritualem contrahi ab omnibus. Ita Navar. *Man. c. 22. n. 39.* Henriq. *l. 12. de Matr. c. 11. n. 3.* Philarc. *de Offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 11.* Tanner. *tom. 4. D. 8. q. 4. dub. 4. n. 69.* Palao *tr. 19. D. un. p. 11. §. 2. n. 9.* Barbof. *in c. fin. b. tit. in 6. n. 1. §. 3.* Zoef. *hic n. 7.* Engl. *n. 4.* Schambog. *n. 25.* König. *n. 11.* atque ita à *S. Congr. Cardd.* declaratum testatur Tanner *l. cit.* Rationem dant, quia Trid. prohibens plurium admissionem, non irritat factum contra prohibitionem, nisi eo tantum casu, quo designatione facta, plures præter designatos baptizatum tetigerint: cons. hoc casu res manet sub dispositione Juris antiqui, quo Jure Cognationem Spiritualem contrahebant omnes *c. fin. b. tit. in 6.*

84 Altera, quam defendunt Suar. *3. p. q. 67. art. 8. in fin.* Rodriq. *tom. 1. Summ. edit. 2. c. 2. §. n. 1. not. 3.* Vegatom. *1. Summ. c. 33. caf. 40. fin.* Sanch. *l. 7. de Matr. D. 57. n. 12.* Gonzal. *in c. fin. b. tit. n. 7. fin.* & valde probabilem dicit Pirhing *l. 30. putat*, si nulli designentur Patrini, nullum contrahendum Cognationem Spiritualem, etiamsi plures tangant, vel suscipiant baptizatum ex Sacro Fonte. Ratio est, quia Tridentinum intendit vitare, ne impedimentum hujus Cognationis Spirituales Patrinorum nimium multiplicaretur, & ut certi essent illud contrahentes, & ideo tanquam conditionem necessariam requisivit, ut ij designentur à parentibus, vel Parocho, igitur si deficiat ista conditio, non erunt veri Patrini, qui baptizandum tangunt, cons. nec Cognationem Spiritualem contrahent. *Cons.* quia Trid. *c. 2. cit.* dicit. *Omnibus inter alias personas hujus Cognationis Spirituales impedimentis omnino sublatis.* igitur cum personæ ibi contentæ, quæ hujus Cognationis Spirituales capaces sunt, ibidem dicantur esse Patrini, qui designati sunt ad hoc munus obeundum, omnes illæ personæ, quæ non sunt designatæ, non erunt illius capaces.

85 Quæritur 10. An casu, quo plures, quam duo, aut duo viri, vel duæ feminae designati à Parentibus, & à Parocho admissi sunt, aliqui ex illis, & quinam Cognationem Spiritualem contrahant? *Certum* satis est, si omnes hi designati non simul suscipiant baptizatum, solum illum contrahentem hanc Cognationem, qui primò baptizatum susceperit, vel ad summum duos, si fuerint vir, & femina; quia revera isti tantum sunt susceptores, & quando eis accedit tertius, ministerium Patrini jam exhibitum invenit, & sic ejusdem exhibendi jam amplius non est capax. Palacios *in 4. dist. 42. D. un. col. 26. x. §. quidem fol. 927.* Suar. *3. p. q. 67.*

art. 8. col. 2. x. sed queres. Sanch. *l. 7. de Matrim. D. 57. n. 14.*

Dubium est, quando designati illi si simul suscipiant: in quo dubio in eam Sententiam inclinat Suar. *l. cit.* ut putet hoc casu probabiliter nullum Cognationem illam contrahere; quia nullus eorum munus illud obit eo modo, quo ab Ecclesia statutum est, ac proinde nullus est verus, ac legitimus Susceptor; Tridentinum enim hoc retraxit ad illum, qui fuerit vel totalis Susceptor, vel ita partialis, ut solum habeat alium socium diversis sexus.

Sed probabilius videtur, hoc casu Cognationem contrahere omnes, si à Parocho non repellantur. Ita Navar. *Man. c. 22. n. 39.* Emm. *Sà V. Matrimonium, de Imped. dirim. n. 5. §. Cognatio Spirituales.* Sanch. *n. 14. cit.* Conink *D. 32. n. 37.* Fagnan. *in c. fin. b. tit. n. 5.* Barbof. *in c. fin. eod. in 6. n. 1. §. 3.* Pafferin. *ibid. n. 6. §. 7.* Vincent. *Petra tom. 2. comment. fol. 442. n. 11.* & teste Fagn. *l. cit.* declaratum est à *S. Congr.* quamvis addant, parentes ita designando, & Parochum admittendo plures hujusmodi Patrinos peccare. *Rationem* dant, quia in omnibus designatis, & admissis à Parocho inveniuntur omnes conditiones, quæ ad Cognationem hanc contrahendam requiruntur, cum revera designati sint ab ijs quibus incumbit, admissique à Parocho, & Tridentinum, dum in Decreto suo addit clausulam irritantem, solum loquatur de ijs, qui baptizatum ultra designatos tetigerint.

Addidi, *Si à Parocho non repellantur*; nam casu, quo ex pluribus, quos parentes voluerunt filij sui Patrinos esse, Parochus unum duntaxat, vel unum & unam admittit, cæteros removet, illi soli, non verò isti Cognationem Spiritualem contrahent. Sanch. *l. cit. n. 15.* cum reliquis *suprà.* Ratio est, quia Parocho incumbit indagare, quinam Patrini designati sint, & ita eos admittere, ut servetur numerus Patrinorum sexusque diversitas, à Trid. præcepta: igitur eo ipso, quòd Parochus hoc Trid. præceptum exequens expellat alios, præter duos diversis sexus, censentur expulsi, ac si designati non essent.

Quæritur 11. An qui per errorem levavit filium Titij, existimans se levare filium Caji, Cognationem Spiritualem contrahat? *Certum est*, non contrahere Cognationem cum filio Caji, vel cum ejus parentibus; quia revera illum non levavit ex Baptismo.

Difficultas est. an eam Cognationem contrahat cum filio Titij, quem revera levavit ex Sacro Fonte, & cum ejus parentibus? Affirmant nonnulli cum Joan. Andr. *in Reg. potest quis per alium, paulo ante solut. ad Arg. de R. J.* & videtur istud probari ex paritate cum baptizante, qui si per errorem baptizet filium Titij, existimans esse filium Caji, cum filio Titij, & ejus parentibus, error

isto non obstante, Cognationem Spiritua-
lem contrahit.

90 Sed verius est, Cognationem Spiritua-
lem à levante hoc casu etiam non contrahi
cum filio Titij. Ita Abb. in c. 2. b. tit. n. 4.
Alex. de Nevo *ibid.* n. 6. Brunell. de Sponsal.
concl. 20. n. 20. Sanch. l. 7. de Matr. D. 58.
n. 7. Ratio est, quia, ut DD. *cit.* notant,
ad contrahendam hanc Cognationem requiri-
tur scientia, & animus; & ideo prout decidi-
tur c. si vir 2. b. tit. conjux, quæ per errorem
levavit filium mariti sui, non areetur à de-
biti petitione, atqui in casu præsentis utrum-
que deficit, scientia quidem, cum adfit error;
animus autem, quia revera non intendit
exercere actionem illam veri Patrini circa
hunc, quem levavit, ergo &c.

Excipitur, si levans ita constitutus es-
set, ut non eligat personam determinatam,
sed intendat actionem Patrini exercere circa
præsentem baptizandum, quicumque ille sit;
nam hoc casu, etsi putet eum esse filium
Caji, qui tamen revera est filius Titij, cum
isto, & ejus parentibus Cognationem con-
trahet, eo quòd intentio illius feratur in
eum, quem levat; ac proinde intendat il-
lius esse Patrini. Sanch. l. cit. fin.

91 Ad Argumentum contrarium nego pa-
ritatem. Disparitas est, quia minister Sacra-
menti tenetur habere animum ministrandi
Sacramentum præsentis, quicumque ille sit;
ac proinde, quamvis erretur in persona, cum
verus sit Baptismus, vera Cognatio oritur:
at Patrini non tenetur habere eam intentio-
nem, & verè eligitur ad determinatam per-
sonam, igitur sicut ob hanc causam electæ
certæ personæ vitatur Matrimonium circa
hanc errantis, ita etiam actus Patrini erran-
tis circa personam suscepti.

92 Quæritur 12. An munus Patrini obiri
per Procuratorem possit, & quis eo casu
Cognitionem Spiritualem contrahat, an
Procurator, an verò ille, qui Procurato-
rem loco sui constituit? *Certum satis est*,
quòd munus Patrini obiri per Procuratorem
possit; nam hoc manifestè ostendit praxis
hodierna, quâ videmus passim Reges, Prin-
cipes, aliòsque Magnates per Legatos mu-
nus istud obire, sciente, & permittente Ec-
clesia.

93 *Controversia est*, quis eo casu Cogna-
tionem contrahat? Joan. And. in c. 1. b.
tit. in 6. n. 1. Archidiacon. *ibid.* n. 1. Franch.
ad idem cap. pr. n. 6. Brunell. de Sponsal.
concl. 20. n. 21. Sylv. V. Matrimonium 8.
q. 7. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 6. §. 4. n.
6. Sanch. l. 7. de Matr. D. 59. n. 4. §. 12.
Gonzal. in c. fin. in fin. b. tit. putant tali
casu Cognationem Spiritualem contrahi vel
à neutro, vel à solo Procuratore. *Moven-
tur 1.* Varijs textibus, quibus dicitur Cogna-
tio ista contrahi à suscipiente, tenente, su-
stinente, levante, tangente baptizatum, vel
confirmatum, atqui hæc verba denotant
R. P. Schmalzgrueber L. IV.

actionem personalem, & verificantur de solo
Procuratore, non de Principe eum consti-
tuente.

2. Cognatio Spiritualiæ æqui-
paratur naturali c. debitum 4. de Baptismo, &
legalem imitatur can. ita diligere 1. & can.
post susceptum 5. caus. 30. q. 3. atqui Cognatio
naturalis, & Legalis non exurgunt, nisi ex
actione personali ipsius generantis, & adop-
tantis, ut de prima constat per se, de se-
cunda autem ex l. post uxorem 25. neque 1.
ff. de adoption. 3. Si Parochus alteri com-
mittat munus baptizandi, Cognatio Spiritua-
lis non à Parocho, sed à Commissario contra-
hitur, ergo idem dicendum de Procuratore.

Sed his non obstantibus, dicendum 94
hoc casu Cognationem Spiritualem contrahit
non à Procuratore, sed à Principe, vel
Magnate, qui Procuratorem constituit. Ita
Abb. in c. 6. b. tit. n. 4. Alex. de Nevo *ibid.*
n. 7. Carrer. l. 2. de Sponsal. c. 8. Gaëtan. can.
ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 184. n. 390. §.
seqq. Navar. l. 5. conf. 90. fin. Franc. Leo
Thesaur. for. Eccl. p. 2. c. 9. n. 63. Conink
D. 32. de Sacr. n. 40. Pont. l. 7. c. 39. n.
10. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 4. §. 5.
Barbos. de Offic. Episc. alleg. 30. n. 50. Palao
tr. 19. D. un. p. 11. §. 2. n. 16. Sporer de
Matr. n. 96. Clericat. decis. 23. n. 8. Vincent.
Petra tom. 2. comment. fol. 442. n. 12. Zæf.
hic n. 10. Engl. n. 6. Pirhing n. 27. Schambog.
n. 29. Wiestner n. 29. Reiffenstuel n. 23.
Magnif. P. Schmier p. 3. de Matr. c. 3. n.
26. itaque resolutum est à S. Congr. Concil.
29. Mart. 1582. & 15. Mart. 1631. apud
Clericat. l. cit.

Ostenditur 1. Quia juxta Reg. 72. in 95
6. qui facit per alium, est perinde, ac si faciat
per seipsum, atqui si Princeps, qui per Pro-
curatorem levavit baptizatum à Sacro Fon-
te, levasset illum per seipsum, contraxisset
cognitionem spiritualem, ergo eandem con-
trahet, si hoc faciat per Procuratorem. 2.
Conjux, qui per Procuratorem Matrimonium
contrahit, verè fit conjux, non secus, ac si
illud contraxisset per seipsum, ergo etiam le-
vans baptizatum ex Baptismo per alium
verè fit Patrini, & Spiritualiæ Cognatus,
ac si levasset per seipsum. 3. Si Principali-
s per Procuratorem levans non fieret verè Pa-
trini, & Spiritualiæ Cognatus baptizati,
tali casu verus Patrini, & Spiritualiæ Co-
gnatus nullus evaderet; nam neque Procu-
rator talis est, quippe qui non suo, sed
alieno nomine Patrini munus obire intendit.
sequela non potest admitti; quia sic fieret
contra præceptum Ecclesiæ, præcipientis, in
Baptismo adhiberi Patrinos, eosque veros.

Neque urgent Argumenta opposita
ita contrarium. Ad 1. Patet ex Argumen-
tis allatis, Principalem, licet hoc casu bap-
tizatum non teneat, levat &c. physicè, le-
vare tamen eum, & tenere moraliter, qua-
tenus alius nomine ipsius eundem tenet, &
levat. Ad 2. Cognatio Spiritualiæ Cogna-
tionis